



124
0

Prof. J. G. G. G. G. G.
1 - 1 - 1 - 1 - 1 =





MANIPVLVS FLORVM

R. 20. 911 (W)

Liber quatuor nouissimoz.

R. 20.911 (2)

Quatuor nouissimorum liber d̄ morte videlicet
penis inferni iudicio ⁊ celesti gl̄a quē pleriqz
cordiale compellāt: cuiq̄ predicanti perutilis
atqz summopere necessarius: auctoritatibus
sacrarū l̄tarum exemplis ⁊ poetarū carminibz
bus passim refulgens feliciter incipit.



Memorare nouissima tua. ⁊ in eternis nō
peccabis. ¶ Ecclesiastici: viij. Sicut dicit
beatus Augustinus in libro suarū me-
ditationū. Plus vitanda est sola peccati
feditas: q̄ q̄libet immanitas tormentoz
Cum igitur nouissimoz noticia et illoz
frequēs memoria a peccatis nos reuocet
virtutibus copulet ⁊ in omni bono ope

re nos retineat ⁊ confirmet. ideo diuina inspirante gratia de
his nouissimis videlicet que et quor sunt illa modicum pro-
posui dicere ⁊ narrare. nec non quodlibet ipsoz sanctorū di-
ctis auctoritatibz et exemplis singulariter et perse ac specia-
liter et precise quodāmodo declarare. ¶ Est ergo notandū
q̄ quatuor sunt nouissima communiter apud sanctos in nu-
mero computata. sicut patet euidenter ex verbis beati ber-
nardi in quodam sermone sic dicentis. In omnibus operi-
bus tuis memorare nouissima tua. ¶ Que quidem quatuor
sūt mors iudiciū: gehenna: et gloria. ¶ Quid horribilius
morte Quid terribilius iudicio. Quid intollerabilius gehē-
na. Quid iocundius celesti gloria. ¶ Hec bernardus. Iste
sunt quatuor rote curzus anime uehementis ipsam ad eternas
salutem. Ista sunt quatuor incitamenta spiritus hominis in-
citantia vt mundanis spretis omnibus ad suū redeat crea-
torem. Est igitur conueniens et utile q̄ habeantur in conti-
nua recordatiōe. Et ergo dicit salomon. Ecclesiastici: xxviij
Memento nouissimoz Unde quidam volens hec nouissi-
ma frequenter habere pre oculis. et iugiter in memoria ver-
sificando sic loquitur in hec verba. Bis duo sunt que cor
detent sub pectore misi Mors mea iudiciū baratri vox ius

paradisi. Verus cum totalis huius opusculi processus prin-
cipaliter et precipue ad hoc conatur inducere vt nouissimo-
rum celebri memoria cordialiter .et intime humanis cordi-
bus continuo imprimatur. ergo videtur rationi consonū vt
p̄senti huic libello hoc nomen cordiale loco sutituli si pla-
ceat imponatur.

De morte corporali.



Memoria igitur nouissimorum: cuius me-
moriam est peccatis retractiua est mors
corporalis. ¶ Unde bernardus in specu-
lo monachorum. Summa philosophia
est meditatio mortis assidua: hanc vbi-
cunq; homo perrexit: secum portet in
eternum non peccabit. ¶ Item Augusti-
nus in libro exhortationu. Nihil lic nos
reuocat a peccatis: licet frequens meditatio mortis. hec est
enim illa que facit hominem se humiliare: omnia contemp-
nere: et penitentiam aggredi siue acceptare.

Quod mors facit hominem se humiliare



Ita igitur q̄ mortis memoria facit ho-
minem se humiliare. Unde augustinus
in libro de v̄bis domini. Agnoscat se ho-
mo mortalem et frangat elationem: cetera
nostra et bona et mala incerta sunt. so-
la mors est certa. Unde quis aduentus
suis hora nobis est occulta et incerta: ip-
sa tamen certissima est: et veniens venit
et cito: et non tardabit. ¶ Ecclesia. xiiij. Memor esto quor-
nā mors non tardabit. ¶ Scribitur enim in iob̄ia. Mors
properat: fuga nulla patet: mortale tributum. Soluere na-
ture lege tenetur homo. ¶ Ad idem dicit bernardus in quo-
dam sermone. Adiser homo quare te omni hora non dispo-

nis cogitare iam moriturum, quem scis de necessitate mori-
turum, distingui qualiter oculi vertuntur in capite vene riu-
pentur in corpore, et cor scinditur in dolore. Quis ergo nō
timebit et se humiliabit, cum certissime scit se iam in terram
reuersurus. Nulla enim erit personarum acceptio, sicut fuit
ab initio. Nam ut scribitur. ij. Regum. xiiij. Omnes mori-
mur et quasi aque dilabimur in terram; que non reuertuntur.
Unde legitur in Ricardo. Jure vocata fuit mors, qz
mors morsus amarus omnibus est a quo cauere nemo potest
Vinc dicitur in libello de contemptu mundi. Mors rese-
cat, mors omne necat, quod carne creatur Magnificos pre-
mit et modicos cunctis dominatur. Nobilium tenet impe-
rium, nullumqz veretur. Taz ductibus qz principibus com-
munis habetur. Mors inuenes rapit, atqz senes, nulli mis-
seretur. Illa fremit, genus omne tremat quod in orbe mo-
uetur. Illa ferit caro tota perit, dum sub pede mori conteri-
tur; nec eripitur vir robore fortis nil rediit, dum mors peri-
mit, quia federa nunqz nec precium, nec seruicium mors ac-
cipit vnqz. Sed quid plura loquar. Nulli mors impia par-
cit, nec euadit inops, nec qz inarsupia facit. Lerte audio nūc
qz mors est vltima linea rerum Unde scribitur getha. Om-
nia mors tollit, doctum cecidi se carbonem, Atqz ipsum so-
cratem procubuisse ferunt. Ecce qualiter scientia et doctria
nullam preseruat a mortis iaculis et ruina. Nam ut scribi-
tur Ecclesia. ij. moritur doctus similiter et indoctus. Unde
de ysai. xxxij. Ubi est litteratus, vbi est verba legis pon-
derans, vbi doctor paruulorum, quasi diceret. Non sunt ne-
qz viuunt sed eodem cursu cum alijs transierunt. Sed cum
getha solum duos antedictos nominat morte pemptos dic-
michi tu, vbi Hector, vbi Julius, vbi Alexander potentis-
simus, vbi Judas machabeus, vbi Sanson fortissim⁹, vbi
Balienus medicus, et Auzena eius socius, vbi Salomon
prudētissimus, vbi Absalon pulcherimus, vbi Tullius
vbi Aristoteles peritissim⁹, vbi Plato et Porphirius, vbi
doctissimus poetarum Virgilius. Nonne omnes tanqz per

nō. de doctis

egriini et hospites vnius diei velocissime transferunt. vere sic
Nam vnus ex eis non remansit quia in vanitate defecerunt
dies eorum. et anni eorum cum festinatione. ¶ Nam et dicitur
in psalmo. In ymagine pertransit homo nunc enim fortis
et sanus est. comptusq; per omnia cras vero debilis aut
languidus seu fossus in terra. Cum dubia et fragilis sit nobis
vita tributa. Quod etiam clare patet per quendam philosophum.
qui Adriano imperatori de essentia et statu hominis
interroganti taliter respondit. Homo est mancipius
mortis. hospes loci viator transiens similis aceruo cuius ro-
se nature atq; pomu nouo. Et his faciliter comprobatur qd
fragilis et labilis et qd indurabilis est humana vita non solum
modo pauperis verum etiam quantumcuq; diuitis et
potentis. Nam commune mori mors nulli parcat honori.
Mors fera: mors neq; mors nulli parcat et equam. Lunctis
dat legem: tollit cum paupere regem. Nam pauperis et regis
communis lex moriendi. Dat causam fletu: si bene scripta
legis. ¶ Unde Job. xx. Sic scribitur de diuite et elato:
Si ascenderit vsq; ad celum superbia eius et caput eius nubes
tetigerit quasi sterquilinum in fine perdetur: et qui eu
viderunt dicent. Ubi est velut somnium auolans: non inueni-
etur: transiet velut visio nocturna. ¶ Item Baruth. iij. Ubi
sunt principes gentium: qui dominantur super bestias: que
sunt super terram qui in aubus celi ludunt. qui argentum
thesaurisunt et aurum. in quo confidunt homines: et non est
finis acquisitionis eorum: qui argentum fabricant: et solli-
citi sunt: nec est inuentio operum eorum exterminati enim
sunt: et ad inferos descenderunt: et alij in locum eorundem
surrexerunt. ¶ Unde Prosper in suis sententijs sic ait: vbi
sunt insuperabiles oratores. vbi qui conuementius festa di-
sponebant. vbi equorum splendidi nutritores. vbi exercitu-
um duces. vbi satrape et tyranni. Nonne omnia puluis et
faulle nonne in paucis versibus est eorum memoria vite.
respice sepulchra: et vide quis seruus quis dominus: quis
dies: quis pauper. Discerne si potest victum a rege. fortes

227169

a debili: et pulchrum a difformi. ¶ Item dicit Crisostomus
in libello de reparatione lapsi quid profuit illis: qui in luxu-
ria corporis et presenti vite voluptatibus usque ad diem vlti-
mum permanserunt. Intuere nunc sepulchra eorum: vide
si est aliquid iactantiae suae vestigium in eis: si aliqua diuitiarum
vel luxurie signa cognoueris. require vbi sunt vestes et
ornamenta peregrina. vbi nunc est speculatoꝝ voluptas
vbi et secutorum turbe et opulentia: risus: iocus: et immo-
derata atque infrenata leticia quo abcessit. vbi illa nunc. et ip-
si nunc. finem vtrorumque intuere diligentius. et accede pro-
prius ad singulorum sepulchra. vide cineres solos et feti-
dos vermium reliquias. et recordare nunc corporum esse fi-
nem. etiam si in delicijs leticia et labore et continentia tran-
sierunt hanc vitam. ¶ Item Bernardus in suis meditationi-
bus sic inquit. Dic mihi vbi sunt huius mundi amatores
qui ante pauca tempora nobiscum erant: nichil ex eis reman-
sit nisi cineres et vermes. Attende diligenter quid sunt et
quid fuerunt homines. fuerunt sicut tu. comederunt et bibe-
runt. riserunt duxerunt in bonis dies suos et in puncto ad
inferos descenderunt hic caro eorum vermibus. et illic ani-
ma deputabatur ignibus donec rursus in felici collegio col-
ligati sempiternus inuoluantur incendijs. Qui socij fuerunt
in vicijs et peccatis. Quid profuit illis inanis gloria. Bre-
uis leticia. Adundi potentia. Carnis voluptas. false diui-
tie. Magna familia. et mala concupiscentia. Ubi risus vbi
locus. vbi iactantia. vbi arrogantia. de tanta leticia. quanta
tristitia. post tantam voluptatem tam grauis miseria. De il-
la exaltatione ceciderunt in magnam ruinam graua tormen-
ta. Quicquid illis accedit tibi accidere potest. Quia homo
es. Homo de humo. Et limus de limo. De terra es. Et de
terra viuis. et in terra reuerteris. ¶ De his supradictis
mundi amatoribus tam carnaliter et seculariter viuenti-
bus nec mortem metuentibus iam sic vicinam loquitur
Bernardus ad fratres de morte dei: ¶ O miserabiles
miseri. quos ipse miserie huius miserabilis vie et vite seq-

ducunt dum in bonis dies suos ducunt. et in puncto ad inferna descendunt. ¶ Nam ut dicitur in psalmo Veniet mors super illos. et ascendent ad inferna viuentes. Certe tunc qui libeteorum posset dicere. Circundederunt me dolores mortis. et pericula inferni inuenerunt me. Hi sunt miserabiles miseri. quos vita presens sic seducit. et quibus dicitur Job xxi. Impij viuunt subleuati confortatiq; diuitijs. semen eorum permanet coram eis. propinquorum turba et nepotum in conspectu eorum. domus eorum secure sunt et pacate. et non est virga dei super illos. Hos eorum concepit et non abortiuit. vacca peperit et non est priuata fetu suo. ¶ Egre diuntur quasi greges paruuli eorum. et infantes eorum exultant lusuibus. tenent tympanum et cytharam. et gaudent ad sonitum organi. ducunt in bonis dies. et in puncto ad infernum descendunt. Quod male fraudatur. quod stulte iudicatur. Qui propter florem mundi vanumq; decorem. Qui prius appareret quasi flos. et protinus aret. vadit ad infernum perdens dyadema supernum. Certe tunc fletus et tristis. qui penis traditur istis. mallet preterite quod in omni tempore vite pauper vixisset. nec diuitias habuisset. Nec immerito. nam quod tunc thesauri. quid aceruus proderit auri. Cum peccatores mittuntur ad inferos. inferni latebras ignem. pariterq; renebras. semper passuri. nec ab eis unquam redituri. Carissime quid dicis de diuitibus huius mundi. quid de potentibus huius seculi. nonne moriuntur sicut ceteri. venissime in nullo videntur priuilegiari. ¶ Nam sicut dicitur sapientie septimo. Unus est introitus omnibus ad vitam. et similis exitus. ¶ Item Job. xxi. Iste moritur robustus et sanus. diues et felix. viscera eius plena sunt adipe et medullis ossa eius irrigantur. Alius vero moritur in amaritudine anime sue absq; vllis opibus et tamen simul in puluere dormient. et vermes operient eos. Ecce qualiter diuites et mundi potentes mortem communem cum pauperibus forciuntur. ¶ Unde Ecclesiastes. x. Omnis potentatus breuis vita. rex est hodie: et cras moritur. De tali rege sine dubio sic legitur primi

sapientie

machabeorum secundo. Gloriam eius stercus et vermis ho-
die extollitur. & cras non inuenitur Exemplum etiam accipe
de excellentissimo mundi principe videlicet magno alexan-
dro. qui vniuersum orbem sibi potenter bellando subiuga-
uit: sic quod totius seculi solus dominus putabatur. Unde
legitur de ipso: Magnus alexander quo primum gratia re-
ge floruit: ceteris multa trophea tulit: hic mundi peragratis
fines sibi subiungat orbem. totaque terrarum viribus eius
erat. Item in alio libro scribitur de eodem. Omnia reg-
norum sibi subdita regna videbat: fecit eius fame sonus et for-
tuna monarcham totus Alexandro famuletur subditus or-
bis: magnus et in magno dominetur maximus orbe. Sed
post mundi triumphatum post vniuersale et vnicum totius
orbis adeptus imperium: quid magni sequebatur: nunquid
regni stabilitas aut potentie perpetuitas: nunquid corpo-
ris incolumitas aut presentis vite longeuitas. certe nequa-
quam: sed illo commune omnibus: vltimus ad mortem: post omnia
facta recursus: tunc bene poterat dicere Alexander in hora
mortis sue illud Job. xxi. ego ille quondam opulans re-
pente contritus sum. nam solummodo duodecim annos et
non amplius imperauit. Sic enim de ipso scribit petrus
in aurore. His sensis dominans annis meriti vir obedit. cuius
vita adhuc vestra fama mori. Similiter de morte con-
querendo poterat dicere illud Job. xix. Spoliavit me glo-
ria. et abstulit coronam de capite meo. destruxit me vindex
et perego. Ecce carissime iam manifeste patet licet omnia ces-
sar habet et gloria cesaris esse desinit. et tumulus vix erit o-
cto pedum. Ex quo ut videtur apparet quod regia maiestas om-
nis terrena potestas. prosperitas rerum series longinqua
dierum preterit absque mora. mortis dum venerit hora. Unde
de dicit poeta. Es sapiens marcescet sapientia morte. redun-
dans diuitijs lapsu mobiliore fluunt. es probus. expirat p-
bitas. es honestus. honestas labitur. es fortis. fortia morte
cadunt. Sane iam video quod singula de nobis anni furantur
cunctes ergo si fueris diues fortis pulcher ve quid inde. si do-

Adonius

minus mundi. si Rex si Papa quid inde: si prior vel abbas fueris. Si presul tam cito pretereunt hec omnia quid inde sola manent merita. quia glorificabitur inde. ¶ Unde Ysidorus in omelia. Dilectissimi pensare debemus quam brevis est mundi felicitas quam modica est huius seculi gloria. quam caduca et fragilis est temporalis potentia. ¶ Dicat qui poterit: ubi sunt reges: ubi sunt principes: ubi imperatores: ubi rerum locupletes: ubi potentes seculi: ubi diuites mundi: quasi umbra transierunt. et velut somnium evaporauerunt. queruntur et non sunt. ¶ Quid dicimus ad hec Reges abierunt. et principes mortui sunt. multi tamen putant diu vivere. et quasi nunquam morte cadere de presenti vita. Certe non sic impij non sic vos autem sicut homines moriemini: et sicut vnus de principibus cadetis. ¶ Nam ut dicit Seneca ad Lucillum huius eminentis vite cadere est exitus. ¶ Unde scribitur in Serba. Omnia mors delet. Omnia morte cadunt. ¶ Uniuersas enim felicitates hominum mors terminat et concludit. Nam cum predicaueris fidem Abrahę. Pietatem Joseph. Caritatem Moyse. fortitudinem Sansonis. Zelum Phinees. Dauid mansuetudinem. Helzei miracula. Salomonis diuitias et prudentiam. Absalonis pulchritudinem et formam. semper extrema omni luctus occupat finemque historie finis homini imponitur. ¶ Unaque conclusio est singulorum videlicet est mortuus. ¶ Ecce iam patet manifeste per predicta forma: quod fama Senus Mors Sapientia Res et Honores non retinent homines. Quin ruant in cinerem. Nam omne quod est genitum tendit ad interitum. ¶ Hinc est quod Dauidius dicit. Orus cuncta suos repetunt: matremque requirunt. Et redit in nichilum quod fuit ante nichil. Omnia ad nichilum deuenerunt tanquam aqua decurrens. Similiter et ego miserimus quasi ad nichilum redactus sum. et nesciui nam dies mei sicut umbra declinauerunt. et ego sicut fennum arui. Puluis enim sumus et homo sicut fennum. Dies eius tanquam flos agri sic efflorescit Quoniam spiritus per

transibit in illo et non subsistet. et non cognoscat amplius
locum suum: **E**cce iam considera. quod homo res fragi
lis res durans tempore paruo similis flori qui crescit in ar
uo: **U**nde Ysaie quadragesimo. Omnis caro fenum. Et
omnis gloria eius quasi flos agri. Vere fenum est. populus
exsiccatum est fenum et cecidit flos. Verbum autem domini
manet in eternum. **E**t ergo cur superbit homo. qui est
sicut fenum rectorum quod priusquam euellatur extaruit.
Unde scribitur in Thobia. Est caro vas luteum vas
lamentabile. Fenum aridulum. Fragilis glebella. Saccus
oleus. Carnis vita labor. Carnis conceptio. Tabes men
strua. Putredo finis. Dugo lutum. Sperma prius. Ado
do saccus oleus. Post vermibus esca in tumulo. Pro qua
dote superbit homo. **I**tem Bernardus in libro medita
tionum. **U**nde superbus homo. cuius conceptio culpa.
nasci pena. labor vita. necesse mori. Post hominem vermis
Post vermem fetor et horror. sic in non hominem vertitur
omnis homo. **A**trende igitur et vide principium vite tue
et medium finem siue terminum. et inuenies maximam oc
casionem et causam temetipsum humiliandi. **Q**uid cogi
tas. quid dicis. quem te ipsum facis. nonne puluis es et ter
ra. **S**criptum est enim Ecclesiastes duodecimo. Re
uertatur puluis in terram suam unde erat: in terram viliissi
mam. in terram putridam vermibus repletam. **J**ob de
cimo septimo. Putredini dixi pater meus es et mater mea
et soror mea vermibus. **I**tem Ecclesiastes decimo
octauo. Omnes homines terra et cinis. **E**t Genesis
tertio. Reuertes in terram de qua sumptus es. quia puluis
es et in puluerem reuertes. **E**t ideo sicut amonet Ala
nus. Esto memor quod puluis eris et vermibus esca in
gelida putrens quando iacebis humo. Non erit in mundo
qui te velit et ultra videre. Cum tua rancidior sit caro rupa
ta cane. **U**nde Bernardus. Quid fetidius humano ca
dauere. Quid horribilius mortuo homine cuius erat in vi
tagratissimus amplius fit.

In morte horribilius aspectus: quid ergo profunt diuitie: quae
deliciae. quid honores diuitie non liberant a morte. nec deli-
cie a vermibus. nec honores a fetore. ¶ O deus eterne quae mis-
sera sorte clauditur omnis homo. Certe tu carissime si pre-
dicta diligenter attenderes maximam humiliationis caus-
sam proculdubio inuenires. ¶ Item quod mortis memoria ho-
minem humiliat patet. in. Regum. xxi. de Acham. qui au-
dita comminatione mortis sibi facta ab Heliaz: interim hu-
milisatus est sic. quod dominus dixerat ad Heliaz nonne vides
Acham humiliatum coram me. ¶ Legitur quod in romana curia
quondam fieri solebat. scilicet quod creato papa appor-
tabatur coram eo stupa: qua incensa dicebatur: sibi sub hac for-
ma sic transit gloria mundi. hoc est. sicut ignis stuppam ve-
lociter et subito redigit in fauillam. sic omnis gloria mundi
labitur et preterit quasi umbra. ¶ Narraat etiam Ysidorus
consuetudinem antiquitus fuisse quod prima die coronationis
imperatoris constantinopolitani cum esset in gloria sua.
¶ Athomus quidam apportabat ei tria vel quatuor gene-
ra lapidum dicens ei: quod eligeret de quo libi vellet fieri mo-
numentum. ¶ Item legitur de beato Johanne elemosina-
rio patriarcha alexandrino. quod dum sepulchrum eius fieret
nuncup voluit illud perfici: ordinans quod in magnis solemnita-
tibus cum esset in honore suo aliquis veniret ad eum. sic di-
cens. ¶ Domine sepulchrum tuum imperfectum est. Iube
illud perfici. quia nescis qua hora sur est venturus. ¶ Et qua-
re ista fiebant de Papa de Imperatore et Patriarcha: qui
omnes erant viri status excellentissimi huius mundi: nisi ve-
metipsum recognoscerent homines mortales. et spe longio-
ris vite. aut magnanimitate potentie seu terrene glorie super-
biando se non extollerent. sed mortis memoriam proculis
habendo se in omnibus humiliarent. ¶ Unde dicitur: per
prophetam in Psalmo. Sciunt gentes. quoniam homines
sunt. Homines inquit hoc est de humo seu de limo procre-
ari. et ergo necessario morituri. ¶ Ecclesiastes. xli. Omnia
que de terra sunt in terram conuertentur. de quorum numero

omnis homo reputatur. ¶ Hieremie. xxij. Terra terra terra
audi sermonem domini. ter vocat hominem terram. namq[ue]
tripliciter potest dici homo de terra. Est enim terra quia de
terra creatur. in terra conuersatur. et finaliter in terras redit
et mutatur. Terra est creatione conuersatione et morte. ter
ra est natura via et sepultura. terram sapit. terram lingit. ter
ram litit et concupiscit. congluti natus est in terra. venter ei
ius descendit in interiora terre. celestium oblitus pro terra
litigat. et pro terra pugnat. pro terra mare navigat. et per am
bulat et sepius propterea nunc huc nunc illuc homo mise
rabilis anxius laborat. nec a talibus cesset. donec qui de ter
ra sumptus est. reuertatur in materiam primam videlicet
in terram. dicens illud. tertio Regum secundo. Ecce ingres
dior viam vniuersę terre. Et ideo cum lex cum limus cum
res vilissima sumus. Unde superbimus ad terram. quando
reimus.

Quod mors facit omnia contemnere.



Mortis etiam secundo mortis memoria om
nia contemnere. et tanq[ua]m nihilum reputa
re. ¶ Unde hieronimus in prologo suo
super bibliam sic inquit. facile contem
nit omnia. qui se semper cogitat morta
tum. Nam concupiscentia oculorum co
remnitur. quando aliquis cogitat se tan
breuiter omnia relicturum. Concupiscen
tias carnis despicitur dummodo quis considerat q[uo]d corpus
suum proprium quasi in instanti erit cibus vermisum. Su
perbia vite spernitur. dum quis hoc corde ponderat. q[uo]d ille
qui vult esse super alios ponetur in terra subtus pedes om
nium que est in finem elementorum. ¶ Et ergo dicit hiero
nimus ad ciprianum in epistola. Ad mento mortis tue. et
non peccabis: qui quotidie recordatur se morturum. con
temnit presentia festinans ad futura. ¶ Esau enim confide
rans sibi mortem imminere faciliter contempsit terrena.
¶ Un̄ dicit Genesis. xxvij. Si mortis quid mihi proderit
p̄ogenita. Itē ysidorus aduertēs p̄ncis vite breuitatē: q[uo]d

ea que hie videntur possideri quasi instatissime videlicet in
in orbe relinquenda sunt. Ad illorum exhortans contemptu
sic inquitens ait. Si vis esse quietus . nihil seculi appetas:
semper requiem mentis habebis . si curas seculi a te proie-
ceris: abicis a te. quicquid bonum propositum poterit im-
pedire. Esto mortuus mundo. et mundus tibi. mundi glo-
riam tanq̄ mortuus non aspicias: ab effectu huius vite tan-
q̄ mortuus te iam separa. sicut sepultus non habeas curam
de seculo. tanq̄ defunctus ab omni purga negotio: vivens
contempne: quod post mortem non poteris habere. ¶ Tres
seneca nihil equet tibi proficiet ad temperantiam omnium
rerum et contemptum: sicut frequens cogitatio brevis eius
et huius temporis incerti. Igitur dilecte mi dum vivis me
mori mente memento mori. Item legitur in libello de do-
no timoris q̄ quidam magne litterature in philosophia das-
tus mundi vanitatibus audiens semel in matutinis legi de
longa vita patrum et quod semper dicebatur in fine ad que
libet eorum illud. Genesis. vij. et mortuus est cogitavit q̄
sibi etiā taliter eveniret quantumcūq; temporis viveret ex
hoc concipiens mundi contemptum intrauit in ordine pre-
dicatorum in quo factus est parisius magister in theologia
et vireximie sanctitatis. D̄ q̄ bene hie habuit p̄ oculis ver-
ba. ¶ Ecclesiastes. xi. sic dicentis. Si anima multis vixerit
homo et in omnibus his letatus fuerit meminisse debet te-
nebrosos temporis et dierum multorum: qui cum venerint
vanitatis arguentur preterita. Verum die mortis patet va-
nitas: ac vanitatus vanitas et q̄ omnia fuerunt vana. Un-
de sic scribitur. Ecclesiastes. ij. Omnia subiacent vanitati.
et sic est reuera vana sunt omnia uniuersa et singula. vanitas
est vita nostra et quelibet mundi creatura. Nam vt dicitur
i psalmo. Uniuersa vanitas omnis homo vivens tu autem
estimias diu vivere: et hec temporalia annis plurimis in de-
licijs possidere. Carissime non sic homo vanitati similis fa-
ctus: dies eius sicut umbra pretereunt. Ecce iam vides q̄
dies anni tui exiunt pauci: et episcopatum tuum accipiat al-
ter: et ideo tempora lingua noli promittere vite. quocunq;
ingredieris sequitur mors corporis umbram. Ideo si te be-
ne inspexeris et verba tibi dicta et etiam postmodum dice

da cordis auribus diligenter perceperis potius debes dice
re: vado mori credens per longum viuere tempus forte dies
hec est vltima. vado mori. tibi enim dicitur repetent a te: q̄
autem parasti cuius erunt: ergo vade mori. vade certus: q̄
velox est dispositio tabernaculi tui. vt scribitur secundo pe
tri primo: et cogita iam te mortuum: quem scis de necessita
te: etiam post quanto sibi annos proculdubio moriturum
ac contemne transitoria. que statim et quasi absq̄ mora q̄
nis inuice erunt relinquenda. ¶ Unde poeta refert. Precia
terrarum. possessio diuitiarum. fabrica murozum. grandis
structura domorum gloria mensarum cum delicijs epularū
Insignesq̄ thori mappę ciphęq̄ decori. Resplendens ve
stis que moribus obstat honestis. Grex armentozum. spa
ciosus cultus agrozum. Fertile vinetum diuersa vite reple
tum. Gaudia natozum dilectio dulcis eozum. Luncta relin
quuntur. nec post heereueniuntur. Ex his iam vide et con
sidera q̄ nihil stabile aut permanens est in presenti vsta. vn
de dicitur ¶ Ecclesiastes secundo. Magnificauit opera mea
et edificauit michi domos plantauit vineas. ortus feci. et pome
ria conserui ea cuncti generis arboribus. et exituri michi pis
cinas aquarum vt irrigarem siluam lignozum germinantiū
posse di seruos et ancillas multamq̄ familiam habui: arme
ta quoq̄ et magnos ouium greges vltia omnes: qui fuerunt an
te me in hierusalem coaceruauit michi aurum et argentum et
substantias regum et prouinciarum. feci michi cantores et
cantatrices et delicias filiozum hominuz. ciphos et viceos
in ministerio ad vina fundenda. et super gressus sum operi
bus omnes qui fuerunt ante me in hierusalem sapientia quo
q̄ perseverauit mecum. et omnia que desiderauerunt oculi
mei non negavi eis nec prohibui cor meum. quin omni vol
uptate fruere tur. et oblectaret se in his que preparaueram
cunq̄ me conuertissem ad vniuersa opera. que fecerant man
mee et ad labores in quibus frustra sudaueram. vidi in om
nibus vanitatem et afflictionem animi. et michi permanere
sub sole vere nichil permanet. omnia enim transierunt. et la
buntur quasi vmbra. Unde iohannes de garlandia. Quod
fuit est et erit perit articulo breuis hore. Ergo quid prodest

esse fuisse fore: Esse fuisse fore tria florida sunt sine flore. Nam simul omne perit: quod fuit est et erit. Mundus enim transit et concupiscentia eius, et ideo. Quod breuiter durat quis prudens querere curat. Unde bernardus in libro meditationum sic ait. Quid thesaurizat quis in terra cum sine dilatione transeat, et illud quod colligitur et ille qui colligit. Tu ergo homo quem fructum expectas in mundo, cuius fructus ruina est finis mors, utinam sapieres et intelligeres ac nouissima prouideres. Item petrus blesensis in quadam epistola sic dicit. Gloria mundi fallax et seductora suos decipit amatores. Quicquid enim vel in futurum promittit vel in presenti precedit, totum ad nichilum deueniet tanquam aqua decurrens. Inspice quam fragilis quam fallax quam sit inanis mundus et illius gloria: quam cupimus. Et ergo stultissime me cur cito non spernis: que pretereuntia certus. Nonne uides mundum miserum et furibundum, sub gladio die mortis languendo perire.

Quod mors facit hominem penitentiam acceptare.



Uta ordinem premissorum nunc restat diligenter inuestigare, qualiter mortis memoria facit hominem penitentiam agere di siue acceptare. Istud clare patet Joanne tertio. De ninuitis qui ad comminationem mortis penitentiam peregerunt. Per hoc etiam beatus Johannes baptista inducebat homines ad penitentiam faciendam dicens. Luce. ij. facite dignos fructus penitentiae, et subdit securis ad radices arboris posita est quod est comminatio mortis. Item psalmista. Cum occideret eos querebant eum: et reuertebantur, uidelicet ad penitentiam peragendam. Unde Ambrosius super Lucam. Te mihi si peccata mea non defleuero: ue mihi si media nocte non surzetero ad confitendum tibi domine: ue mihi si dolum proximo meo fecero, ue mihi si ueritatem non dixerero ad radicem arboris securis posita est. Job etiam considerans breuitatem presentis uite potius eligit hic quam postmo

8
dū sine fructu inutiliter penitere. Unde dicit Job. t. Pat-
entia dierum meorum finietur breui. Dimitte ergo me vt plā-
gnam paululum dolorem meum anteq̄ vadam. et non re-
uertar ad terraz tenebrosam et operam mortis caligine. Ve-
re tempus presens est breuissimum. Nam vt dicitur Job
xiiij. Breues dies hominis sunt. Item prima ad corinthos
vij. Tempus breue est. Et ergo esset melius breuiter et le-
uiter nunc sustinere modicam q̄ postea dolere et inutiliter
penitere per infinita seculorum secula. Unde dicit Augu-
stinus de decem cordis. Melior est modica amaritudo in
faucibus q̄ eternum tormentum in visceribus. De breuitate
presentis vite sic idem dicitur in sermone. Vita hominis
tota breuis est ab infantia vsq̄ ad decrepitam senectutem.
Adam si adhuc videret et hodie morietur. quid illi longi-
tudo vite profuisset. certe modicum vel nichil. vnde posset
dicere. Jam michi preterite fluxerunt tempora vite. Unde
quidam. Quid prodest homini si viuat secula centum. cui
moritur vitam transisse putat quasi ventum. Et ergo dicit
Augustinus super psalterium. Si toto tempore illo videres
a quo adam de paradiso emissus est vsq̄ hodiernam diem.
certe videres vitam tuam non fuisse diuturnam que sic au-
lasset. Vita autem vniuscuiusq̄ hominis quanta est. adde-
tantoslibet annos duc longissimā senectutem quid erit. Nō
ne quasi aurora matutina. Item dicit idem in quadā ome-
lia. Fragiliores sumus q̄ si veteri essemus. Terrum enim et
si fragile est. tunc bene seruatum et custoditum diu durat.
vita autem humana quantumcunq̄ seruetur durare non po-
test. Nam vt scribitur ad Hebreos nono. Statutum est ho-
minibus semel mori. Unde Seneca de remedijs fortune
torum. vita nostra peregrinatio est. Cum diu ambulaueris
mus. deniq̄ redeundū est. Hanc mortis necessitatem et hu-
mane vite breuitatē considerauit gentilis ille xerxes de quo
beatus hieronimus scribens ad hellodorum in epistola sic
inquit. Xerxes ille potētissim⁹ rex. qui subuertit mōtes ma-
riaz strauit cum de sublimi loco infinitam cerneret multitu-
dinem ait desinimus esse. Vnde est quod seneca in epistola
quarta dicit. Quotidie morimur. nam quotidie demitur

aliqua pars vite nostre. Et si quid aliud est vita nostra nisi
quidam cursus sine transitus ad mortem. Unde non imme-
rit o horologio comparatur. quod semper gradatim transiit
et vsq; ad certum punctum continue discurrit: et tunc subit-
o et improuise cadit ac campanellas tangit. eas sonitum fa-
cere compellit. Sic in veritate vita nostra semper labitur
et fluit vsq; ad certum punctum hoc est ad vite terminum a
deo patre positum prefixum. quem nemo poterit preterire
tunc enim deficit et cadit: ac campanellas realiter et ad litte-
ram sepe pulsare et sonare facit. ¶ Igitur euigila et prudens
terexpecta casum vite tue. nam horologium tuum gradus
iaz paucissimos habet pertransire. ¶ Omnis enim hora plu-
res gradus preterit et transcendit. et statim cum ad ultimū
peruenerit. in baratru mortis improuise et subito dilabitur
et cadit. Audi quid poeta refert: vita breuis velut umbra le-
uis fugit et inhilatur. Sic vadit subito cadit dum stare puta-
tur. ¶ Media enim vita in morte sumus ¶ Et ergo dicit Ecce-
siastes nono. Nescit homo finem suum: sed sicut pisces cas-
piuntur hamo. et sicut oues comprehenduntur laqueo. sic ca-
piuntur homines in tempore malo. Ecce iam venit finis. si-
nis venit. Nam mors vite est ultima finis. hec est finis cun-
ctorum hominum que auouetur in domo luctus. ¶ Ut ha-
betur Ecclesiastes octauo. Unde in libro metrico de vita et
gestis Alexandri. O felix mortale genus. si semper haberet
Eternam pre mente bonum. finemq; timeret. Qui tam no-
bis? media q; phebe creatis. Improuisus adest anime di-
scrimine magno. Ecce iam carissime vita quid est hominis
nisi res vallata ruinis. Est caro nostra cinis modo principi-
um modo finis. ¶ Hinc est q; Bernardus dicit. Cum reco-
dor q; sum cinis; et q; venit finis sine fine pertimesco: et vt ci-
nis refrigeresco. ¶ Et quia secundum Gregorium valde se sol-
licitat homo in bono opere: qui semp cogitat de eterno fine
¶ Igitur dilectissime omnes crede diem. tibi diluxisse super-
num: semper habetis memori mente necesse mori. Quid ergo
sane mentis considerans breuitatem et maximam incer-
titudinem huius vite ac propinquitatem mortis iam ventu-

re. Quid animi aduertens diligenterque reuoluens quod anni nostri sicut arena meditabuntur. et dies nostri sicut funes deficiunt. quod homo natus de muliere tam breuis uiuens tempore. qui quasi flos egreditur. et conteritur. et velut umbra fugit. Quis mentetenus hec ponderans ac cordialiter intuens et considerans. sic seducitur a dyabolo carne et mundo quod penitere negligit in hoc tempore breuissimo. Immo ut verius dicam in hac presenti horula sine momento: certe ne mo differt siue negligit. nisi quem malicia sua penitus excecavit. **Q**uanta pena de illa negligentia consequetur?
Unde apostolus ad Hebreorum secundo. Quomodo efugiemus si tantam neglexerimus salutem hinc beatus **E**freim dicit. **C**arissime in hoc breui tempore si neglexerimus nullam omnino excusationem habebimus. quam pro nostris facioribus ostendamus noli ergo breuitatem huius temporis negligere. ne per infinita seculorum in secula penitentia infructuosa postmodum incipias tarde penitere. **I**gitur festina. et ne tardaueris: ne cum factis virginibus finaliter excludaris **U**nde **M**athei vicesimo quinto. **E**cce sponsus venit et que parate erant. intrauerunt cum eo ad nuptias et cetera. **S**uper quo beatus **G**regorius sic dicit. **Q**uod si palatum cordis sapere possit. quantum admirationis habet. **E**cce sponsus venit: quantum dulcedinis cum dicitur intrauerunt cum eo ad nuptias. et quantum amaritudinis. cum dicitur clausa est ianua. **C**arissime si hec sapes et intelligeres ac frequenter cordetenus ruminares. ad penitentiam utique festinanter curres. **N**ec tempus acceptabile et dies salutis per commestationes et ociam inutiliter perdes sine fructu. **E**t ergo sic scribitur **A**pocalipsis secundo. **A**d moesto **U**nde excideris. et penitentiam age. **L**egitur clare apud **v**ellem accidisse. quod quidam vir sanctus cum esset in oratione audiuit quandam vocem miserabiliter lamentantem. **E**t cum inquireret: quid hoc esset. respondit. **E**go sum anima cuiusdam damnati meam infinitam plangens damnationem. **E**t cum de pena eius quereretur. dixit quod inter omnia que damnatos magis excitabant ad penam: erat amissio temporis sibi dei gratia collata. **I**n cuius parua morula potuissent pe

nitentiam fecisse. que eos liberasset a pena infernali. Unde Hugo de sancto victore. Omnia gehenne supplicia superat deum non videre et bonis carere que in potestate habuit sibi obtinere. Operemur igitur bonum dum tempus habemus. ne postmodum dicamus penitendo illud Hieremie. octavo. Transiit messis finita est aestas. et nos saluari non sumus. Vnde est quod deodorus ille effrem nos aduonet sic dicens. Obsecro vos carissimi et suppliciter rogo. Da mihi mei vigilate in hoc breui tempore. in hac hora undecima contendite. iam enim vespera properant. et cum gloria multa remunerator adueniet reddere unicuique secundum opera sua Exemplariter enim patet quod mortis memoria inducit hominem ad penitentiam faciendam. Unde legitur de quodam milite flagitioso quod nullam penitentiam a papa Alexandro sibi impositam voluit acceptare. Tandem papa dedit sibi anulum unum. ut illum pro penitentia portaret. et quando cunque eum respiceret: quod pro morte sua cogitaret. quod cum fecisset pluribus diebus. postmodum ad papam rediit dicens quod paratus esset omnem aliam penitentiam quamcunque sibi iniungeret facere et impleret. Item legitur de quodam alio peccatore qui etiam nullam voluit acceptare penitentiam. tandem confessor suus sibi hoc iniuravit ut precipere ret seruitori suo. quod semper in primo ferculo baculum decoratum presentaret dicens: Domine ad memoriam reducatis quod necessario habetis mori. et nescitis ubi quomodo vel quando cum autem per tempus aliquod sic fecisset. et per hoc que comedebat sibi in tedium verterentur. dixit confessor suo quod paratus esset omnem aliam penitentiam facere quantumcunque etiam vellet. Nam cor suum erat in seipso conturbatum. et formido mortis cecidit super eum. Et predictis ergo satis clare patet. quod mortis memoria facit hominem se humiliare. omnia contemnere. et penitentiam aggredi sive acceptare. et ex consequenti peccata deuitare. et ideo sepe recorderis bone frater quod morieris et memor es mortis felix eris cito fortis.

Scdm nouissimorum est de extremo iudicio



Secundum nouissimorum cuius frequēs
recordatio nos a peccatis reuocat est iudi-
cium nouissimum et finale. huius enim
memoria non solum cohibet a maximis
peccatis. Verum etiam a culpis minimis et
peccatis. ¶ Unde in vitis patrum legis-
tur quod cum quidam senex vidisset quendam
iuuenem dissolute ridentem dixit et
coram celo et terra reddidit rationem totius vite no-
stre: et tu ridens: quasi diceret. si scires quod stricta ratio postmo-
dum fiat in iudicio de omnibus peccatis quodcumque lenibus
et paruis. non rideres: sed potius plangeres et doleres quia
nunc locus est flendi: locus est peccata luendi. postea gaude-
bunt qui nunc sua crimina flebunt. ¶ Unde Gregorius in
omel. si qua est presentis temporis leticia: ita agenda est ve-
nientis amaritudo sequentis iudicii recedat a memoria. Dicit
est quod dominus dicit Ecclesiast. xxxvii. Ademor esto iudi-
cium mei: sic enim erit et tuum michi beri. Et tibi hodie. nant
cum accepero tempus. ego iusticias indicabo. ¶ Sic per
prophetam loquitur in psalmo. et Jobelis ultimo. Consurgat
et ascendant gentes in valle Josaphat quia ibi sedebit ut iu-
dicem in circuitu omnes gentes. ¶ Item Hieremie secundo
Adhuc iudicio contendam vobiscum ait dominus. de quo
generalis iudicio scribitur. ¶ Osee quarto. Audite verbum
domini filij israhel quia iudicium domino cum habitatori-
bus terre hoc autem iudicium valde est timendum. ¶ Un-
de dicit propheta. A iudicis enim tuis timui. ¶ Item Sa-
pientie. quinto. Uidentes turbabuntur timore horribili-
gredientes preangustia spiritus certe domine in hoc die tur-
babuntur gentes et timebunt qui habitabant terminos a si-
gnis tuis. nec merito pauebunt quia multum horribili gerunt
signa que videbuntur. ¶ Nam ut scribitur Luca vicesimo pri-
mo. Cum viderint filium hominis venientem in nube cum
potestate magna et maiestate. tunc erunt signa in sole et lu-
na et stellis et in terra pressura gentium pre confusione soni-
tus maris et fluctuum. ita quod arescent homines pre timore et
expectatione que supervenient vniuerso orbi. ¶ Omiser bo

mo cogita illius iudicis scz dei et hominis tam horribilem
 aduentū naz ignis in p̄spectu eius exardescet. et in exercitu
 eius tempestas erit valida. Ignis inq̄ ante ipsum precedet
 et inflamabit in circuitu inimicos eius. Unde ad Hebreos
 r. Terribilis est aut̄ quedam expectatio iudicij et ignis emu-
 latio. que consumprura est aduersarios ei⁹. Et Malach.
 iij. Ecce dies veniet succensa quasi canin⁹. et erūt om̄s sup̄-
 bi et offis faciētes impietate stipula. Et Is̄aie. lxxi. Ecce
 dñs in igne veniet. Et Uñ Jobelis .ij. Ante facie ei⁹ ignis
 voras. et post eū exurēs flāma. Et igit̄ sic scribit Malachie
 iij. Quis stabit ad videndū eū ipse em̄ quasi ignis p̄flans.
 et quasi herba fullonū sedebit colans et expurgans argentus.
 Quis ergo sane mētis hūc iudicē et aduentus ei⁹ diē toto cor-
 de non timebit. Et Uñ Greg⁹ sup̄ Ezechielē. que erit mens
 hoīs eterui iudicis p̄ntiam nō formidantis. vbi cūcta simul
 pctā ante oculos redeunt. et om̄ia q̄ cū delectatione facta sunt
 ad memoriā cū pauore reducunt. Et certe vt scribit Prover-
 bioꝝ. xxvij. Vere mali non cogitant iudiciū. qui aut̄ requi-
 runt deū aduertūt om̄ia. Et Uñ Bernard⁹ in p̄sa Expauesco
 quidē multū iudicis venturi: vultū quē latebit nil oculi tui.
 nec relinquet quid inultū. et quis nostrū nō timebit. qñ su-
 det apparebit. Ignis añ ardebit pctōres qui delebit. Est au-
 tem hoc iudiciū specialiter metuendū p̄pter tria. Primum
 est multiplex accusatio ip̄ius pctōris valde grauer perhor-
 renda. Scdm̄ est strictissima vilicatiōis nostre ratio. Ter-
 tiū est horribilis scientie expectatio q̄ a iusto iudice tūc cru-
 deliter est ferenda q̄ om̄ia sunt pctōrib⁹ plurimū metuenda.
 et per cōsequēs eoz̄ memoria est a pctis retractiua.



Quod iudiciū timēdū est pro-
pter multiplices accusationē.
 Et autem primū propter quod iudiciū
 valde et specialiter metuendum est mul-
 tipler accusatio ip̄ius peccatorib⁹ valde
 grauer perhorrenda. Et Unde multa in-
 ueniunt̄ et numerantur in scriptura. q̄ pec-
 catores i die nouissimo accusabūt. Et Pa


mū est ppria p̄scientia q̄ pctōrem arguet non in occulto v̄t
nūc. sed corā oībus tūc aperte. ¶ Un̄ Danielis. vii. Iudiciū
sedit. ⁊ libri aperti sunt. i. p̄sciētie que oībus reuelabuntur.
¶ In his libris p̄tinet s̄nia vite vel mortis gl̄ie seu p̄fusionis
salutis pp̄tue vel p̄dēnationis sempiternę. ¶ Itē Apocal. i.
xx. Iudicari s̄nt mortui ex his q̄ scripta erant in libris sc̄m̄
opera ip̄oz. hoc est in p̄sciētis ip̄oz. ¶ Un̄ ad Romanos. ii.
Testimoniū illis reddere p̄scientia eoz nā sicut testimonij
bone p̄sciētie est accusatio pctōz seu p̄dēnatio sine pena.
Sc̄m̄ q̄ accusat pctm̄ sunt dyaboli ⁊ sp̄s maligni. ip̄i s̄nt
sunt p̄ditores nāz suggerūt pctm̄ faciēdū et de facto ⁊ de cō
misso peccatorem accusabunt sicut socius furis interdum ac
cusat furem de illo quod fecerat cum eo. ¶ Ideo Apoca. xij.
Dyabolus accusator fratrum noiatur. ¶ Un̄ Aug⁹. Estabunt
oīes ante tribunal christi et p̄sto erit dyabolus ⁊ recitabit
verba p̄fessionis nostre et obiciet nobis in faciē quicquid fe
cerim⁹ et i quo peccauim⁹. et i quo loco. et quid facere debe
bamus dicitur esse s̄nt ille aduersarius noster. equissime iu
dex iudica istum esse meum ob culpam. qui noluit tuus esse
per gratiam tuus est per naturam. meus per miseriam. tuus
ob passionem. meus per suasionē tibi inobediens mihi aut
consentiēs. a te accepit immortalitatis stolā: a me hanc panio
sam qua induit⁹ est tunicam: tuā vestem dimisit. cū mea huc
venit. ¶ Equissime iudex iudica ergo istū esse meū. ⁊ meū fo
re p̄dēnatū. Nec Aug⁹. ¶ Tertio q̄ pctōres accusabit sunt
angeli et spiritus beati. Credibile est s̄nt q̄ ille qui tradidit
s̄ias custodiendas. requirat ab eisdem de d̄m̄i custodia ra
tiones. ⁊ cum illi nō remencientur oportebit eos dicere q̄ ip̄i
si non sunt in culpa. sed peccatores noluerunt eis credere
⁊ obedire. sicut nō est culpa medici qui nihil omittit de per
tinētib⁹ ad curā infirmi. s̄ nō sanat laquidū sibi inobediētē
¶ Unde Hieremie. li. Iurauimus babilones. et nō est cura
ta et est verbum angelozum quasi diceret. fecimus quod ne
cessarium erat fieri circa babilonem. vt curāretur. sed culpa
sunt quod non est curata. ¶ Quartum accusans pecca
torem sunt creature. Et si quesieritis que. Dico quod om̄
nes et singule. Nam offenso creatore. Totus mundus oī

Deo habebit offensore. Unde Job. ix. Revelabunt celi iniquitatem impij et terra aduersus eum consurget. nam dñs aduocabit celum de sursum. et terram discernere populum suum. Unde Crisostomus super Adartheū in illo die nihil est quod respondeamus. vbi celum et terra sol et luna dies et noctes totus mundus stabunt aduersus nos in testimonium peccatorum nostrorum. Et ergo dicit Gregorius. Si queris quis te accusabit. dico totus mundus et creature non solum peccatores accusabunt. verū etiam creatores de ipis vindicabunt. Unde Sapientie. v. Armabit creaturas ad ultionem inimicorum. et pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos videlicet peccatores. Item eiusdē. xv. Creatura tibi factori deseruens etc. auferat in tormentū aduersus iniustos. Quintum accusans peccatorem sunt miserabiles persone que iniuriam passi sunt. nam ille tunc accusabunt eos. qui ipsis iniuriam fecerunt. tunc enim verificabitur verbū pphete in psalmo sic dicentis Cognoui quia faciet dominus iudiciam in opum et vindictam pauperum. nam ipse qui abyssus intuetur: qui sedet super cherubim et seraphim qui ambulant super pennas ventorum terribilis et in consilijs super filios hominum. tunc iudicabit causas pauperū. quādo stabunt in magna constantia aduersus eos. qui se angustiauerunt. Tunc vindicabit omnia pater orphanorum et iudex viduarum: patientia vero pauperum non perbit in finem. Accusabunt etiam subditi suos impios et negligentes prelatos. Unde Bernardus super cantica. O terribilis deus super filios hominum. frustra incipient miserere tubedocere montibus: cadite super nos. et collibus cooperite nos. veniet autē tribunal christi et audietur grauis populorum querela. accusatio dura. quorum vivere stipedijs nec diluere peccata quibus facti sunt duces ceci et mediatores fraudulentij. Sextum accusans peccatorem est malicia siue peccatū Hieremie. ij. Arguet te malicia tua. et aduersio tua increpabit te. Unde peccata erunt ligata ad collum peccatoris. Dzee. xij. Colligata est iniquitas Effraym. absconditum peccatum eius. Item Trenoꝝ primo. Conuolute sunt et impositae collo meo videlicet iniquitates mee. Et ideo si

ent furtum ligatum ad collum furis accusat eum, ita et tunc peccata accusabunt miserum peccatorem. ¶ Proverbi 24. v. Iniquitates sue capiunt impiū et finibus peccatorum suorum unusquisque constringitur. Hinc est quod per prophetas dicitur fines peccatorum circumplexi sunt me, quibus finibus mali per dyabolū trahentur ad infernū, tunc enim cadent in retibus culo eius peccatores et captio quam abscondit apprehendit eos. ¶ Legitur de ericio quod intrans ortum onerat se pomis figens ea in aculeis suis cum aut venerit ortulanus, tunc ericium volens fugere impeditur ab onere, et sic cum pomis comprehenditur et arestat. Sic etiam peccatori accidit diversis onerato peccatis, quibus comprehenditur in die iudicii et accusabitur ab eisdem. ¶ Unde psalmista, cognoscetur dominus in iudicia faciens: et in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. ¶ De quo dicit Johannes crisostomus super Mattheum, Ipse cogitationes et opera specialiter stabunt ante oculos nostros accusantes nos ante deū dicente apostolo, cogitationibus inuicem accusantibus. ¶ Unde Bernardus Tunc opera nostra simul loquentia dicentur ad miserum peccatorem, tu nos eligisti: opera tua sumus: te non deserimus, tecum erimus, tecum ad iudicium pergemus. ¶ Nam ut dicitur Ezechielis decimo octavo, Sicut iusticia iusti super eum erit, sic impietas impij erit super eum. ¶ Hinc est quod psalmista dicit, Audite hec omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem, Ego timebo in die mala hoc est in die iudicii, que non solum mala est, immo pessima cuiuslibet peccatori. ¶ Ad quod respondet sibi ipse dicens Igitur tunc timebo, quia iniquitas calcanei mei circumdabit me. ¶ Septimum et ultimum accusans peccatorem sunt tormenta siue instrumenta passionis domini nostri ihesu christi, imo verus ipsemet christus. ¶ Unde hieremias, Lux christi contra pugnabit christus vulnera sua contra se allegabit, cicatrices contra te loquentur, et clavi de te conquerebantur. ¶ Hinc Augustinus in tractatu de symbolo sic dicit, Fortasse dominus in corpore suo cicatrices observabit ut in iudicio peccatoribus exprobarer, et convincens eos dicat esse homines quem crucifixistis, ecce deus et hominem quem credere nolulistis.

videre vulnere q̄ infixistis. agnoscite latus qd̄ impugnastis
quod propter vos apertū est. et intrare noluitis. Tūc etiā
xps accusans peccatorē dicet id qd̄ Naum. iij. habet scriptū
reuelando pudenda tua in faciē tuā. et ostendam gentibus
nilitatē tuā. et regnis ignominia tuā. ¶ Itē Dzee. ij. Rene
labo stulticiam eius in oculis armatorū eius: et vir nō eruet
eum de manu mea. ¶ Qd̄ desolati et q̄ tristes erunt in hac
die miseri peccatores: tunc em̄ sicut scribitur Apoca. i. Vi
debit eū omnis oculus. et qui eū pupugerūt. et plangent se
super eū om̄s tribus terre. Tunc peccator videbit et irascetur
dentibus suis fremet et tabescet.

Qd̄ iudiciū timēdū est ppter reddēdā rōez



Ad quod iudiciū reddit timorofus. est
strictissima villicationis nostre ratio de
omnib⁹ singulariter faciēda. ¶ Unde lu
ca. xvi. ij. Redde rationē villicatiōis tue
tam em̄ non poteris villicare. Carissime
si esses rationē redditurus mille floren
rum corā dño temporalī iusto prudenti
et severo multuz deberes sollicitari pro
bona computatione faciēda. sis ergo multo magis sollici
tus vigilans et timorofus pro reddēda ratione de commis
sis et omissis coram deo et angelis et omnibus sanctis eius
quibus cum p̄ntibus et astantibus te necessario oportebit
computare. nō solum de maioribus verū etiam de minimis
vsq̄ ad vltimum cadrantem. ¶ Unde ysaie. iij. Dñs ad iudi
candum veniet cum senioribus populi et principibus eius
¶ Itē Zacharie. xiiij. Veniet dñs deus meus omnesq̄
sancti cum eo. videlicet ad iudiciū generale q̄ poterit in pu
blico coram omnibus et non occulto. et ideo tanto magis
est timendum. ¶ Unde sophonie. iij. Adane iudicium suū
dabit in luce. et non abscondetur. Erit ergo ratio multimo
da de cunctis tunc reddēda. ¶ Primo videlicet de anima a
deo nobis commissa. Si em̄ rex filiaz dilectissimam quam i
regno suo disposuit fieri reginam. alicui ipsorum suorum cō
misset subditoꝝ. et ille eā male custodierit quis dubitat q̄n

rex exigeret rationem de custodia filie sue taliter neglecte?
Quis ergo faciet rex celorum de illo cui filiam suam .i. animam
sibi specialiter dilectam tradidit in custodiam . qua intendit
ad dignitatem regiam in celis sublimare. si eam male custo-
dierit. nomine magnam inde exigeret rationem. Ideo dicitur
Deutro .iij. Custodi te metipsum et animam tuam sollicite. Nam
sicut dicit Aug⁹: Adams est damnatus in amissione unius ani-
me quam mille corpora. Unde Bernardus in libro meditatio-
nis. Ter⁹ iste mundus ad unius anime precium estimari non po-
test. Et igitur dicit idem. Cur carnem tuam preciosis rebus im-
pinguas et adornas: quam infra paucos dies vermes sunt in se-
pulchro comesturi. Et animam tuam bonis operibus non deco-
ras quam deo et angelis eius in iudicio est presentanda. Cur ergo
animam vilipendis et carnem anteponis. dominam ancillari et an-
cillam dominari. magna abusio est. Item dicit idem in libro
de contemptu mundi hodie filij hominum anime curam negligunt.
curam autem carnis omni desiderio perficiunt neque enim pec-
care metunt sed puniri. Tu ergo carissime noli minus di-
gnum plus diligere magis digno. noli corpus extollere et animam
negligere. noli ancillam extollere et dominam permittere an-
cillari. Unde Crisostomus in libro de reparatione lapsi. Si
animam negligimus. nec corpus saluare poterimus non enim
a proprio corpore. sed corpus pro anima factum est. Qui
ergo quod primum est negligit et quod secundum et inferius est
extollit et custodit utrumque corrumpit qui vero ordinem ser-
uat. et quod primum est colit et custodit. et si secundum neglexerit
per primi salutem saluabitur et secundum. Si vero volueris animam
tuam saluare. et bonam inde domino reddere rationem ipsam instrue
scientijs et virtutibus divinis. Unde dicit Plato in timeo Ad
hoc anima coniuncta est corpori. ut feneret scientias et virtutes. si cum
magno fenore venerit: benigne suscipietur a suo creatore. Sin-
gultes relegabitur ad inferna. Secundo reddenda est ratio
de corpore nostro. Ipsum siquidem est castrum a deo nobis
traditum et commissum. Unde Bernardus. Bonum cas-
trum custodit. qui corpus suum custodit. Exigeretur ergo
ratio de custodia huius castri videlicet si inimici domini hoc est car-
nis voluptates et vitia ubi aliquando sunt recepti Et familiares eius

dem et amici, id est, virtutes et bona opera ab inde turpiter
effugati. Si dyabolus ibi sit receptus, et xpus verus domi-
nus confuso mo. sit exclusus, quod si fecerimus magna erit
suspicio de nota perditionis nostre et infidelitatis, et stabili-
mus ad reddendum inde rationem. ¶ Item corpus nostrum
est inuentum a deo nobis concessum, vt ipso vtamur pro ad-
nime nostre commodo et vtilitate, de quo debemus redde-
re rationem quo ad tria. ¶ Unde Ecclesiastici, xxxij. Libas
ria virga et onus asino, panis disciplina et opus seruo tant
asinus quam seruus designat nostrum corpus cui debetur
panis ad sustentationem nature: virga discipline ad lasciuie
repressionem et onus boni operis ad perfectum penitentie
¶ Exiget ergo primo dominus de hoc suo iumento, si illi pa-
bulum discrete ministravimus non nimis laute ipsum cor-
pus nutriendo: nam qui seruum suum delicate nutrit, post
ea illum sentit contumacem. ¶ Ut habetur Prouerborum
xxix. Etiam non nimis modicum ipsi corpori de necessarijs
tribuendo quod si fecerimus reputamur proprio-
rum peremptores. ¶ Contra quod sic loquitur Bernardus
in epistola ad fratres de monte dei. Sunt et alia corporis
exercitia in quibus necesse est laborare, sicut sunt vigilie ie-
iunia et huiusmodi que spiritualia non impediunt sed adiu-
uant cum ratione et discretionem fiant, que si ex in discretio-
ne sic agantur, vt vel deficiente spiritu languentem corpore
spiritualia impediuntur: qui si est corpori suo abstulit boni
operis effectum, spiritui effectum proximum exemplum ho-
nozem deo, sacrilegus est, et horum omnium in deum reus
¶ Et ergo Gregorius, xxx. moralium sic dicit, Per abstine-
tiam carnis vicia extinguenda sunt non caro. Sed necesse e-
st vt artem continentie quisq; teneat: q; non carnem sed vicia
occidat, sepe enim dum in illa hostem insequimur, etiam car-
nem quem diligimus cruciamus. ¶ Secundo exiget: si cu-
bga discipline illud correm? arebellioe et lasciujs ipm co-
hibende ¶ Un Bernardus sup cantica, Jugo discipline miso-
leria mox est domeda ¶ Itē dicit idē in epla, D q; compos-
sicut reddit omnē corporis statū necnon et mentis habitū
disciplina, cervicem submittit et ponit supercilia componit

en leuz ligat oculos. cachinnos prohibet. et moderat lingua
frenat gulam. sedat iram. et format inessum. ¶ Tertio ex
iget dominus si ipsum corpus laborare fecerimus in operi
bus penitentie. et virtutum. ¶ Unde Augustinus in libro
de baptismo paruulorum propter hoc de paradiso emissus
Adam ē edon. habitabat vt significaret. q̄ in laboribus q̄
sunt delicijs contrarij erudienda est caro peccati. Unde coz
pus nostrum reputandus est animal laboriosum ad opera
penitentie facienda a deo nobis comodatum. ¶ Noli ergo
illud tenere ociosus. cum ignoras quam diu apud te maner
ne imperfecto penitentie opere ab illo qui concesserat forsi
tam ipsum improuise reputatur. ¶ Et ergo Johannes criso
stomus sic dicit. Si mutuo acceperis bouem aut equum. o
perans instanter et dicis forte cras a me tolletur quare hoc
etiam non facis cum corpore quod facis cum equo vel boue
Sic igitur iumentum tuum a ihesu christo tibi concessum
discrete nutrias. vt sustentetur natura. et domentur vitia.
Si virga discipline corrigas vt maneat in obedientia et ful
geat castimonia. sic ad laborem instruas. vt profugantur o
cia. et faciat digna penitentie opera. tunc finaliter possis do
mino bonam et valentem exinde reddere rationem. ¶ Ter
tio reddenda est ratio de proximis. et primo pater de filiis.
Noc habetur primi Regum. iij. vbi legitur q̄ Deli punitus
est pro filijs suis. eo q̄ nouerat illos indigne agere. et non
corripuit illos delinquentes. ¶ Et ergo dicitur Proverbijs
xxix. Erudi filium tuum. ¶ Unde quidam. Si tibi sit nat
peccantem corrige natum. Ne ve suum luere possis de iure
reatum. ¶ Item prelati de suo subdito Ezeche. xxxij. ¶ Si
libominis speculatozem dedit domui israhel. Audiens er
go ex ore meo sermonem annunciabis eis ex me. si me dicen
te ad impium impie moueris morte: et non fueris locutus
vt se custodiat impius a via sua. et ipse in equitate sua mo
rietur. sanguinem eius de manu tua requiram. ¶ Item Eze
chielis tricesimo quarto. Ecce ego ipse videbo super pasto
res et requiram gregem meum de manu eorum. ¶ Item do
minus seu princeps terrenus. etiam rationem reddet de suo
inferiori et subiecto b^o p^{ri} numeri. xxx. Ubi princeps a do

mino iusti sunt suspendi in patibulis propter peccatum populi. quia fornicatus fuit populus cum filiabus moab que vocabant eos ad sacrificia sua. ut legitur ibidem tales enim sunt principes et prelati. de quibus scribitur Hieremie vice simo quinto. Ululate pastores et clamate. et aspergite vos cinere optimates gregis. quia completi sunt dies vestri ut interficiamini. et cadetis quasi vasa preciosa. ¶ Videant ergo prelati ecclesie et principes vniuersę terre qui alijs presunt qualiter commissum sibi gregem verbo pariter et exemplo regunt. instruunt et defendunt prelati namque debent populum docere a lupinis hereticorum insulibus. vulpinis quoque fraudibus sagaciter defensare. ¶ Principes vero terre debent peccantes corrigere scilicet subditis. iudicium et iusticias facere pupillos et viduas miserabilesque personas diligenter protegere: nec quemquam iniustis exactionibus seu molestis aggravare. ¶ Sciant enim fore scriptum Sapientie sexto: quod iudicium durissimum in his qui presunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia potentes autem potenter tormentata patientur. ¶ Ad vos ergo prelatos ecclesie et principes vniuersę terre sancti sermones mei. ut discatis scientiam. et non excedatis ac subditos sic instruite regite et defensare ut durissimum hoc iudicium vbi fortioribus fortior. et maioribus maior instat cruciatio. secure in die nouissimo valeatis expectare. ¶ Quarto enit ratio reddenda de omnibus operibus commissis. ¶ Unde Anastasius dicit in simbolo quod ad christi aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus et reddentur sunt de factis proprijs rationem. ¶ Et hoc est quod apostolus innuit secunda ad Corinthios quinto. vbi dicit. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal christi. ut recipiat vnusquisque propria corporis prouersum siue malum siue bonum. ¶ Unde Ecclesiast. ultimo: Cuncta que sunt adducet dominus ad iudicium et non solum magna et graua peccata sed etiam que in oculis nostris videntur modica et quasi nulla. ¶ Unde paruum quid videntur passus hominis se de hoc ratio reddenda. ¶ Job decimo tertio. Obseruasti omnes semitas meas et vestigia pedum meorum considerasti. Et subdit capitulo sequenti. ¶

quidem gressus meos dinumerasti. Item eiusdem tricessi-
mo quarto. Oculi eius super vias hominum. et omnes gres-
sus eius considerat scilicet ad tribuendum quod in illis pe-
petrauerunt. Exemplum de angelo numerante omnes
passus Heremite de quo legitur in vitis patrum: *Missus*
est verbum ociosum. et tamen sicut scribitur *Matth* ei duo
decimo. De omni verbo ocioso quod locuti fuerunt homi-
nes reddet in die iudicii rationem. Sapientie primo. Qui
loquitur iniqua non poterit latere. nec preteriret illum corre-
ctionis iudicium. Adimum videtur cogitatio vana. et
tamen dicitur Sapientie primo. In cogitationibus impij
interrogatio erit. Eiusdem libro. Ipse cogitationes no-
stras scrutabitur. Unde *ysaie* ultimo Ego autem opera eo-
rum et cogitationes eorum venio. ut congregem cum genti-
bus videlicet ad iudicandum prout gentes iudicabo. De quo
habetur. *Jobelis* tertio. In diebus illis congregabo om-
nes gentes. et reducam illas in valle *Josaphat*. et discepta-
bo cum eis ibi super populo meo et hereditate mea *israel*.
Omnia ergo opera nostra cogitationes et verba strictissime
iudicabuntur. Nam ut dicit *Gregorius* super illud *Matth*
thi. xxiiij. Omnes capilli vestri numerati sunt. Sic de vi-
as nostras considerat. et gressus dinumerat. ut nec minime
cogitationes aut verba minutissima. que apud nos volue-
runt in eius iudicio remaneant indiscussa. Tunc enim uni-
uersa opera nostra tanquam si in frontibus essent scripta erunt
omnibus manifesta. Nam ut scribitur *Ecclesiast. xi*. In fine
hominis denudatio operum illius. Quinto erit ratio red-
denda non solum de malis commissis. sed etiam de bonis
pretermissis. Unde *Matth. xxv*. Tunc dicet rex his qui a
sinistris eius erunt Discedite a me maligni in ignem eternum
qui paratus est dyabolo et angelis eius. Esurivi enim. et non
dedistis michi manducare. et cetera que sequuntur. et fuit una
de causis quare dives epulo non inuenit aque refrigeratio-
nem. quia pauper *Lazarus* de micis eius mensam nichil po-
tuit obtinere. Item non solum de commissis et omissis ra-
tio reddetur. Sed etiam de tempore perduto in quo mala
facta sunt. Et bona plurima neglecta. *Ecclesiast. decimo*
quinto Numerum dierum et tempus dedit illi dominus ut ipse

is salubriter ad eius honorem et propriam salutem semper
vteretur quod multi tamen vilipendunt. et tempus inutili
ter consumunt. de quo Bernardus in sermone ad scolares
conqueritur dicens sic nihil pretiosius tempore. sed heu ni
hil hodie vilius reputatur. transeunt dies salutis. et nemo
recogitant. nemo sibi perire diem: et nunquam rediturum cau
satur. Sed sicut non peribit capillus de capite: sic nec momen
tum de tempore videlicet de quo ratio non exigetur. ¶ **Q**
tum hoc timebat beatus Anselmus in meditationibus su
is sic dicens. O lignum aridum et inutile eternis ignibus di
gnum. Quid enim respondebis in illo die: cum exigetur a
te usque ad iterum oculi omne tempus vivendi tibi impensum
qualiter a te fuit expensum. ¶ Et ideo sapiens dicit Ecclesia
stici quarto. ¶ **F**ili conserua tempus. ¶ Sexto et ultimo red
denda erit ratio de omnibus donis a deo receptis. ¶ Ipse
enim dominus nichil dat: de quo non velit habere rationem
¶ Unde potius videtur commodare quam simpliciter dare. Ip
se enim requirit rationem de omni dato siue sit spirituale ut
sunt bona anime naturalia acquisita et infusa. siue corpora
lia. ut fortitudo agilitas et pulchritudo siue temporalia ut
sunt potestates diuitie et honores. ¶ De his omnibus pas
set exemplariter et parabolice. ¶ **A**d thei vicesimo quinto
De quibus talentis. et Lucæ vicesimo nono. De nobili qui tra
didit seruis suis diuitias. De quibus omnibus oportuit red
di ratio et fieri computatio spiritualis. ¶ Et ergo scribitur
Job decimo nono. Scitote esse iudicium semper breuiter
faciendum. in quo de omnibus et singulis superius iam po
sitis ratio strictissima exigetur. ¶ Quare dicebat Job tricesi
mo primo. Quid faciam cum surrexerit ad iudicium dominus
et cum quesierit. quid respondebo illi. ¶ **Q**ui velociter venit
et querens et interrogans de omnibus operibus nostris. nã
iuxta est dies perditionis et adesse festinant tempora scilicet
et quando iudicabit dominus populum suum. ¶ Quia ut
dicitur. Ab die capitulo ultimo. Iuxta est dies domini super
omnes gentes ipse namque dicit Apocalip. tertio. Ecce ve
nio cito. ¶ Et ergo dicit. **M**arci. xij. Vigilate nescitis enim
quando dominus veniet sero an media nocte an galli cano

ty an mane. ne eum venerit repente inueniat vos dormien-
 tes. quod autem vobis dico. omnibus dico. vigilate. nam
 si non vigilaueris. venias ad te tanq̄ fur et nescies qua hora
 veniam ad te. Itēz Apocalipsis ultimo. Ecce venio cito &
 merces mea mecum est reddere vnicuiq̄ secundum opera
 sua. et ideo carissime cum de te et tantis te iam cito et quasi
 improuise et subito oportet reddere rationem: semper vigila.
 et diligenter te examina. conscientiam tuam quoq̄ fundi-
 tus expurga: ut cum dominus ad iudicandum venerit. possis
 eidem conuenienter respondere. et in oculis eius gratias
 ac peccatorum veniam misericorditer inuenire Et hoc est q̄
 suadetur tibi. ¶ Ecclesiastici. xvij. vbi dicitur. Ante iudici-
 um interroga te metipsum et in conspectu dei inuenies pro-
 piciationem.

Quod iudiciū timēdū est pp̄t sine plationē.



Verum quod iudicium reddit formida-
 bile et pauescendum est horribilis expec-
 tatio sententie que a iusto iudice tūc cru-
 deliter est ferenda. ¶ Nec autem senten-
 tia est terribilis specialiter propter tria:
 ¶ Primum est incertitudo sententie siue
 dubitatio. nulli enim constat an pro se vel
 contra se feretur. ¶ Nam vt dicitur Ecce-
 list. ix. Sunt iusti atq̄ sapientes et opera eorum in manu
 dei. Et tamen nescit homo vtrum odio vel amore dignus sit
 sed omnia in futurum seruantur incerta. ¶ Unde legitur in
 vitis patrum. q̄ cuz abbas agathon moriturus. per tres di-
 es staret immobilis apertis oculis et fratres eum pulsabant
 dicētes abbas vbi es. r̄ndit In aspectu oim iudicis assisto
 Et dixerūt frater. tu times. Dixit. intima virtute. qua potui
 man data dei custodiri sed homo sum: et nescio vtrum ope-
 ra mea accepta fuerūt coram deo quia aliter sunt iudicia des-
 ce a liter hominum. et ideo timeo. nec confido nisi venero.
 ante deum. ¶ Dicit enim Gregorius iusticia nostra ad exa-
 men diuine iusticie deducta iniusticia est. et plerumq̄ soza

set in conspectu iudicis: quod in intentione fulget operan-
tis. Unde Proverbioꝝ. xliij. Est via q̄ videtur homini
iusta ⁊ nouissima ei⁹ deducit ad interitū. Et q̄ iste sc̄tus
pater Agathō. hec cordialiter aduertebat. iō q̄uis in māda-
tis dei custodiēdis diligentissim⁹ fuit. futurū tñ iudiciū val-
de timuit ⁊ expauit. Itē legit̄ adhuc in vitis patrū q̄ qui-
dā sener dixit Tres res timeo vna videlicet q̄n aia mea egres-
sura est de corpe. aliā q̄n occursura est ipsi deo. tertiam vero
q̄n finalē sententiaz in die nouissimo expectauerit auditura.
Ecce qualiter hoc iudiciū multi sancto ⁊ patrū timuerūt p̄-
pter incertitudinē sentēcie tūc ferende. Et vere merito mul-
tū est timendū. Un̄ Math. viij. Et sunt verba saluatoris.
Multi dicēt michi in illa die. Dñe dñe nōne in noie tuo pro-
phetauim⁹ et demonia eicim⁹ et virtutes multas fecim⁹. et
tunc p̄fitebit̄ illis dicens. nūq̄ noni vos discedite a me. Et
si p̄phete et fugantes demones et mirabilia in dei noie faciē-
tes. tunc repellent. quis poterit esse secur⁹. quis tam sancte
hie posset viuerē q̄ in hoc iudicio non habeat tremere et tri-
mere. Nullus verissime. cum non sit mundus a sorde super
terram etiam nec infans vnus diei. Vnde est q̄ scribitur
Ysaie. lxiij. facti sumus vt inimici nos omnes quasi p̄-
nus menstruate vniuersē iusticie nostre. Igitur de omni-
bus operibus nostris in hoc iudicio producendis. p̄tūcū
q̄ etiam videantur bona sine iusta debemus merito formi-
dare. Unde Job. ix. Verebat omnia opera mea. sciens
q̄ non parceres delinquenti. Sic beatus Paulus vas ele-
ctionis q̄uis de nullo peccato conscius sibi fuit. Dicit enī
Actuum. xliij. Ego enim conscientia bona conuersatus suꝝ
ante deum vsq̄ in hodiernū diem tamen sicut scribitur Ec-
clesiasti. v. De propiciatu peccatorum noluit esse sine metu.
neq̄ adicias peccatum super peccatum. Unde prima ad
Corinthios. iij. Quasi pauescendo dicit. nihil mihi consci⁹
sum. sed in hoc non iustificatus sum. Vnde Gregori⁹ ait.
Iusti aut̄ omne quod agunt metunt. dum tantum confide-
rant ante q̄tūm iudicem stabant om̄s em̄ stabimus ante tri-
bunal christi sicut scribit Apostolus. xliij. ad Romanos. Et
ideo quid ego miserimus dicas. vel quid faciam. dum nil

boni perferam ante tantum iudicem. Secundum propter
quod sententia est terribilis est illius sentencie dura et lamē
tabilis immo inrollerabilis prolatio: cum dicitur. **Ire ma**
ledicti. ¶ Unde **Math.** vicesimo quinto. **Cum venerit fili**
lius hominis in maiestate sua. et omnes angeli cum eo. tūc
sedebit super sedem maiestatis sue. et congregabuntur ante
eum omnes gentes et separabit eos ab invicem: sicut pastor
segregat oves ab hedis. et statuet quod oves a dextris be
dos. autem a sinistris. tunc dicit rex his qui a dextris eius e
runt. **Venite benedicti patris mei.** possidete paratum vobis
regnum a constitutione mundi. **Esuriui et dedistis mihi mā**
ducare. et cetera. que sequuntur. Tunc dicit his qui a sinistris
eius erunt. **Discedite a me maligni in ignem eternum.** qui pa
ratus est dyabolo et angelis eius. Unde quidem. **Judicis**
in lite brevis est vox ite venite. Dicitur reprobis ite. venite p
bis. ¶ **O** gratiosissimum et dulce christi alloquium. cum dis
perit venite. ¶ **O** durum et amarum immo inrollerabile ver
bum. cuius pronunciauerit discedite a me: siue ite. vere vere as
pera vox ite vox est benedicta venite. ¶ Unde **Bernardus**
D q̄ graue q̄ inuite a sinistris erit ite. cum a dextris vox ve
nite dicit rex largitor vite. ¶ **Iste est gladius ab utraq̄ par**
te acutus et ens ex ore filij hominis vt habetur **Apocalip.**
pumo. et etiam decimo nono. **Certe tunc percuciet terram**
virga oris sui. et spiritu labiorum suorum interficiet impiū
¶ **Ut habetur ysaie. xi.** **O** q̄ terribile est illam vocem tunc
audire. ¶ Unde **Augustinus** super **Johannem.** **Qui cecide**
runt ad vocem vnam christi morituri. quid faciem sub voce
iudicaturi. ipse siquidem rugiet sicut leo. ¶ **Amos. iij.** **Leo**
rugiet. quis non timebit. ¶ **Irem. ysaie. v.** **Rugitus eius le**
onis. ¶ **Et Hieremie. xlv.** **Dominus de excelso rugiet:** et de
habitaculo suo. dabit vocem suam: peruenietq̄ sonitus vlt
ad extrema terre. quia iudicium domino cum gentibus.
Certe tunc vox domini erit in virtute. vox domini magnifi
centia. vox domini confingens cedros. Nam tunc domi
nus confinget cedros libani. Hoc est superbos et elatos
eius speciales inimicos. Qui mox et honorificati fuerint et
sanguam cedri exaltati. Quemadmodum fumus deficiet.

eum in hoc iudicio humiliati fuerint a domino et quasi pe-
nitus ad nichilū redacti. hec etiam vox domini erit sicut ton-
itruum verberans terram. Ideo Job. xxvi. Tremens di-
cebat. quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri.
Unde psal. Intrauit de celo dominus et altissimus dedie
vocem suam. Item Job. xxxvij. Tonabit dominus voce
sua mirabiliter. qui facit magna et inscrutabilia. Dinc An-
selmus in meditationibus suis dicit. quid dormitas anima
repida et enormi digna que non expergiscit. qui nō tremet
ad tantum tonitruum non dormit. sed mortuus est. Tres
verbum domini erit ad modum fulguris coruscantis. Un-
de Zacharie. ix. Exibit ut fulgur iaculum eius. et dominus
in tuba canet. Certe sicut dicit ysai. xxvij. In illa die clā-
getur turba magna. Dinc dicit Johannes crisostomus su-
per illud Mathei. xxij. Virtutes celorum mouebantur.
Tere vox magna tube terribilis. cui omnia obediunt elemē-
ta. que petras scindit. inferos aperit. portas ereas frangit.
vincula mortuorum dissoluit. et de profundo abyssi animas
liberatas corporibus suis reddit et ad iudicium ire compel-
lit. Hec autem omnia citius consumentur in opere quā sagi-
ta transit in aere. Dicēte apostolo prima ad Corinthios. xv
In momento in retu oculi in nouissima tuba. De hac etiā
tuba dicit Hieronimus super Matheum. Quotiens diem
illud considero toto corde cōtremisco. Siue enim comedo
siue bibo siue aliquid aliud facio. semper videtur illa horri-
bilis tuba sonare in auribus meis. Surgite vos mortui veni-
te ad iudicium. Hunc diem frequenter debet cogitare qui li-
bet tribulatus seu onere penitentie aggrauatus. et inde ma-
gnam suscipiet in anima subleuamen. Unde Gregorius
in Quarta diem illuz fratres carissimi ante oculos vestros
ponite. et quicquid modo graue ceruitur in eius operatione
aleuatur. Debemus etiā hunc diem expauescere et timere
nam est dies ire: dies magna et amara valde. Item ysai.
xliij. Ecce dies domini crudelis veniet: et indignationis ple-
nus et ire et furoris. Jobelis quarto. Sol conuertetur in
tenebras et luna in sanguine. anteq̄ veniet dies domini ma-
gnus et horribilis. Quātum metuebat beatus Bernardus

clus hunc diem quādo dixit. Cum recordor mortuus . qd
post mortem sum facturus . terret terror me venturus quā
expecto non securus . terret dies me terrois dies ire et furor
ris . dies luctus et meroris . dies vltimū peccatorum . De hoc
etiam die ait idem in sermone sic nudi stabunt ante tribunal
christi vt audiant vocem iudicij . qui obdurauerunt aures
suas et vocem consilij . quid enim loquitur dominus . agite
inquit penitentiam multi dissimulant . multi continent au
res suas . et dicunt . durus est hic sermo . Non sic impij non
sic quoniam insonuerit durus sermo verbum asperum cum
pronunciatum fuerit . Ite maledicti in ignem eternū ¶ Quid
ergo dicent in illa die terribi miseri peccatores perpetue cō
demnati . cui viderint sanctos ad regnum vocari atq; semet
ipsos ad mortis supplicia eternaliter destinari . ¶ Certe sicut
dicitur Sapientie quinto . Bementes pre angustia spiritus
dicentes intra se penitentiam agentes . et pre angustia spiri
tus dicentes . Hi sunt quos aliquando habuimus in derisus
et in similitudinem improperij . nos insensati vitam illorū
extimabamus insaniam et finem illorū sine honore . ¶ Quo
modo ergo computati sunt inter filios dei et inter sanctos
fors illorū est . nos errauimus a via veritatis . et lumen ius
ticie non illuxit nobis . et sol intelligentie non est ortus no
bis . Lassati sumus in via iniquitatis et perditionis . Et am
bulauimus vias difficiles . viam dñi ignorauimus . Quid no
bis profuit superbia . aut qd diuitiarū iactantia contulit no
bis . Transierunt enim omnia illatāq; vmbra . et tanq; nū
cius precurrens . et tanq; nauis que pertransijt fluctuantem
aquam . cuius cum preterierit non est vestigium inuenire .
¶ Certe hec confessio et penitentia erit nimis tarda . penitebūt
quidem ad penam . sed non conuertentur ad veniam nā tūc
non erit amplius locus venie et misericordie sed equitatis
et iusticie cum pronunciat a tremendo iudice . Ite et ve ni
te . ¶ Qd hec sententia ab hominibus est timenda . ¶ Un
de legitur in vita patrum . qd quidam sanctus cum spiritus
fornicationis ipsum grauer temptaret : exorauit dominus
vt temptator ei visibiliter appareret . quod factum est tunc
sanctus iste ait . quid tibi proficit . qd sic me temptas . ¶ Est

enim summa fatuitas. nosti namque quod cum aliquem in peccatum precipitas. peccatum tuum aggraues. et ex consequenti penam tuam sic augmentas. ¶ Respondens demon ait. Scio enim verum esse quod loqueris: scio enim quod quanto plures peccare fecero. tanto diem iudicii amplius retardabo. illam autem diem super omnia formido: in qua duram illam sententiam me auditurum expecto. Ite maledicti in ignem eternum. qui paratus est dyabolo et angelis eius. et ut fulminationem illius sentencie. saltem ad tempus valeam retardare. ideo nitor homines tam grauer temptare. ¶ Deus eterneque tunc demones et miseri peccatores timebunt. et a voce tonitruus tui formidabunt. ¶ Et ergo si volueris hanc vocem non timere in illa die horribili et magna securus esse: semina nunc opera iusticie pietatis et miseri corde. ¶ Quod felix fuerit et multum beatus. qui nunc intelligit super egenum et pauperem: nam in die illa mala liberabit eum dominus. ¶ Proverbiorum. xi. Benefacit anime sue vir misericors: faciem condignos fructus penitencie nam qui nunc seminant in lachrimis et dolore tunc venientes venient portantes manipulos suos cum magna exultatione. Sed multi nunc seminant spinas et zizaniam putantes se tunc triticum messuros. Non sic impij non sic qui enim seminauerit homo. hec et metet. Dicit apostolus ad Galatas vi: ¶ Et ergo dicit dominus. ¶ Osee. vii. Erastis impietatem iniquitatem messuistis. Unde qui seminauerit peccatum et actus nequitie. metet gehennalem penam. qui vero virtutes et opera penitentie colliget gloriam sempiternam: nam qui bona egerunt ibunt in vitam eternam. qui vero mala in ignem eternum. Opera enim illorum sequuntur illos. ¶ Scribitur Apocalipsis. decimo tertio. Nam opera tunc saluabunt et opera condemnabunt. ¶ Hinc est quod dicitur Iohannis quinto. Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filii dei. et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite. Qui vero mala in resurrectionem iudicii. ¶ Unde Apocalipsis secundo. Dicit iudex asinus ego sum scrutans corda et renes: et dabo unicuique vestrum. secundum opera vestra. ¶ Nam et dicitur Abdie capitulo vltimo. Sicut

fecisti fiet tibi. Et ergo scribitur Hieremie, quinquagesimo
Et sunt verba iudicis ad angelos malos de peccatore con-
demnato sic dicentis. Reddite illi secundum opus suum in
tra omnia que fecit facite illi. Et igitur si velis autumnum bo-
num tunc habere, et multis fructibus abundare, semina nunc
largiter in hoc vere presentis huius vite, nam qui parce semi-
nat, parce et metet. Et ut habetur secundo ad Corinthios, et
Si etiam qui seminat in maledictionibus et peccatis de eis-
dem et metet. Et Nam ut dicitur communi proverbio, Quod si
bi quisque ferit presentis tempore vite, hoc sibi messis erit
dum dicit ite venite. Et Tertius vero propter quod sententia
iudicis dicitur terribilis est desolata et omni dolore plena da-
natorum a deo et angelis et ab omnibus sanctis eterna sepa-
ratio, cum pars sinistra a demonibus rapietur instanti esse
et sine mora horribili illa sententia ab ore christi promulgata
erunt parati demones crudelissimi rapientes animas misero-
rum ducentes eas velociter ad supplicium sempiternum.
Et hoc etiam patet figurative Hester, vij. De ministris assue-
ri regis qui erant avidissimi et parati ad suspendendum Amoi
Et Unde dicitur ibidem: Nec dum verbum de ore regis exie-
rat, et statim operuerunt faciem eius servi regis. Sic dyabo-
li in die illa erunt paratissimi ad statim rapiendas animas
peccatorum. Et hoc est quod dicitur in lamentationibus
Hieremie, capitulo primo. Omnes persecutores eius appre-
henderunt eam. Et Unde Crisostomus de reparatione lapsi
cogita servos illos et horrendos penarum ministros, qui pec-
catores precipitant ad supplicia sempiterna. Item Hugo
de sancto victore Tortores horribiles, qui nunquam miserunt
erunt parati, ut data sententia te damnatus rapiant ad tormen-
ta tunc miserande miser lamentando dices. Susceperunt
me sicut leo paratus ad predam, et sicut catulus leonis ha-
bitans in abditis. O dolor ineffabilis o pena indicibilis ta-
lis amarissime separationis. Et Unde Bernardus in medita-
tionibus suis dicit, Quis putas meror erit; quis luctus que-
tristitia, cum separabuntur mali a consortio iustorum et a
visione dei; et traditi in potestate demonum ibunt cum illis in ignem
eternum, ibique erunt sine fine in luctu et gemitu pcul relegati

a beata patria paradisi: et in gehenna nunquam lucem habituri
intra perpetuam culpae penam sustinentes. Tunc illi miseri
peccatores de omni redemptione desperantes usque in eternum
non videbunt lumen nam introibunt in inferiora terrae: tradentur
in manus gladii, partes vulpium erunt. hoc est ipsorum demonum
qui sunt fraudulentissimi et nequissimi in omnibus adnocendum.
De hac separationis pena sic dicit Crisostomus in libro de reparatione lapsi.
Nonnulli imperitorum putant superesse et optabile videri, si tantummodo
careant gehenna, ego autem multo grauiorem gehenna est dico esse
cruciatum, remoueri et abijci ab illa gloria, nec puto ita acerba esse
gehenne supplicia, ut sunt illa de quibus audi quod dicit beatus Petrus,
torquetur huius, qui arcetur, a conspectu christi hoc crede michi, penis omnibus grauius est,
hoc est solum quod superat gehennam. Unde idem super illud
Mathei tertio, Excidetur et in ignem mittetur. Intollerabilis res est
gehenna quis nasciatur et supplicium horribile tamen si mille quis
gehennas puniat, nichil tale est dicturus, quale est ab honore illius
glorie propelli et exosum esse christo. Nam secundum beatum Augustinum
Reprobi malent omne tormentum sustinere: quam videre faciem
iudicis irati. Unde Jobelis secundo, A facie eius contremuit terra
moti sunt celi, et sol et luna obtenebrati sunt, et stelle retraxerunt
splendorem suum: a facie eius cruciabitur populus. Certe domine tunc
peccatores infirmabuntur et peribunt a facie tua, et hoc pro dolore nimio, cum eam
viderint aduersam et quod ad ipsos terribiliter commotam te terribilissime
dicente illud, Hieremie decimo octauo, Dorsum et non faciem ostendam
eis in die perditionis eorum. Quod qualis separatio, quam grauis et amara
tunc diuisio cuiuslibet peccatoris a facie domini sibi totaliter indignatus
etiam terribiliter dicentis, Amen amen dico vobis nescio vos.
Unde quidam, Carorum tristis decessus tristior istis, Corpore et anime
tristissimus a deitate. Carissimi propter hec omnia supradicta et quasi
infinita alia que causa breuitatis omittuntur, Expergiscimini et leuate
capita vestra, ac omni timore ac tremore diem illum precauete, nam
sicut dicitur so-

phonie primo. Juxta est dies domini magnus. iuxta est ves
lor nimis. Et igitur dicitur ysaie decimo tertio. Ululate
quia prope est dies domini vigilate itaque. quia nescitis diem
neque horam. Scribitur Adarbei vicesimo quinto. Unde
prima ad thesalonicenses ultimo. Fratres christi diligentes
sitis quia dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Cum
enim dixerint pax et securitas. tunc repentinus eis superveniet
interitus et sicut dolor in utero habentis. et non effugient vos
autem fratres non estis in tenebris ut vos dies illa tanquam
fur comprehendat. omnes enim vos filii lucis estis. et filii
dei non sumus noctis neque tenebrarum. Igitur non dormi
amus sicut ceteri sed vigilemus et sobrii sumus hec ibi
supra. Item Lucae vicesimo primo. Attendite vobis. ne
forte grauentur corda vestra in crapula et ebrietate et curis
huius vite. et superveniat in vos repentina dies illa. tanquam
laqueus enim supervenient in omnes: qui sedent super faciem
omnis terre. vigilate itaque omni tempore orantes ut digni
habeamini fugere ista omnia que futura sunt. et stare ante
filium hominis. De omnia ibidem. Nam in veritate ibi
erit timor et tremor et intollerabilis dolor. Unde Jobes
secundo. Magnus est dies domini et terribilis valde.
et quis sustinebit eum. Et Ysaie secundo. Introibunt in
speluncas petrarum et voragine terre a facie formidinis
domini et gloria maiestatis eius cum surrexerit percutere ter
ram. tunc enim in fremitu calcabis terram et in furore obstupe
facies gentes. Sicut scribitur Abacuc tertio. Et ergo di
citur ysaie decimo. Quid facietis in die visitationis et cala
mitatis: de longe venietis ad cuius fugietis auxilium. Cer
te peccatori tunc non erit refugium nullum solamen seu ad
iutorum. Unde Anselmus in libro de similitudinibus a
dextris. erunt peccata accusantia a sinistris infinita demonia
subtus horrendum casus de super presentia iudicis irati fo
ris mundus ardens intus conscientia urens ubi iustus vix
salvabitur. Deu miser peccator sic deprehensus quo fugiat
latere tunc erit impossibile. et apparere intollerabile. Item
est dicta sententia eo magis formidabili et timenda quia non
solum corpus dijudicat. sed etiam ipsam animam. condem

nat. ¶ Unde legitur in exemplo: q̄ duo fratres quorū unus
est fatuus et alter sapiens ibant pariter in eadem via. ¶ Cū
autem venissent ad binius, ubi erant due vite, una delectabilis
et pulchra, reliqua vero inhabilis et aspera. fatuus vidēs
viam delectabilem dixit sapienti: Eamus per hanc viā. Sa-
piens respondit: frater et si via ista per quam ire desideras
delectabilis sit tantum ad malum hospicius in fine deducit
¶ Unde consulo ut per aliam viam transeamus, nam quāuis
ista sit aspera et inhabilis ducit tantus finaliter ad hospiciū
laudabile et magne honestatis et quietis. Respondit fatuus:
Magis volo oculis meis credere q̄ tibi. De his que tu non
vides et sic se posuit in via delectabili et amena, quod sapi-
ens considerans qui nolens eum dimittere. Ipsus sequeba-
tur pergentes autem pariter inciderunt statim in latrones q̄
eos adiuvem separantes posuerunt in carceribus diversis
¶ Factum est autem ut rex illius terre perciperet quadañ die
omnes incarceratos coram se adduci, ut ipsos iudicaret.
¶ Tementes autem isti duo inter ceteros cum se mutuo vi-
derint. ¶ Sapiens dixit regi. O domine rex et iudex, valde
vobis conqueror de isto fratre meo, nam cum essemus pari-
ter in via, et ipse sit fatuus. Ego vero sapiens reputatus no-
luit michi credere: ut in essemus per quandam viam bonam
quam sibi demonstravi, sed fecit me ire secum per quandā
viam malā ubi cecidimus in latrones. Unde reus est mor-
tis mee. ¶ Fatuus dixit contrario regi, Domine rex ego ad-
uersus fratrem meum habeo maiorem causam et rationem
conquerendi: nam cum ipse sapiens est, non debuisset tam
faciliter me sequutus fuisse per viam quam scuit, fore malā
quod si non fecisset, redijsem utiq; et sequutus eum fuisset
et presens periculum nullatenus incurissemus. Unde ve-
ro reus est mortis mee. ¶ His verbis ex vtraq; parte audi-
tis rex talem protulit sententiam dicens. Tu fatue noluit
sapienti credere et tu sapiens sequutus es fatuum in itinere
igitur ambo debetis iam suspendi in morte condēari. Sic
erit in die iudicij et in consumatione seculi, cum eribunt ani-
me de latibulis et corpora de sepulchris ad recipiendum iu-
dicium est de commissis omnibus et omissis, Nam corpus

fatuum. quia noluit sequi consilium anime sapientis. et spiritus sapiens. quia secutus est corpus fatuum. Igitur damnabuntur ambo in extremo iudicio. et hec de causa sententia iudicis dei gladius ab utraque parte acutus dicitur. **¶** Ut habetur Apocalipsis primo. Nam percuciet quod ad corpus et animam miserum peccatorem. **¶** Unde Mathei. x. Illi timere qui potest corpus et animam perdere in gehennam. **¶** Item dicam sententiam reddere multo formidabilem et tremendam qualitas ipsius iudicis. **¶** Est enim ferenda a iudice circumsperto immo prudentissimo. qui non poterit falli. nam omnia sibi cognita sunt et nota. ipse enim novit abscondita cordis scrutans renes et corda deus. **¶** Unde ad Hebreos. iij. Omnia nuda et aperta sunt oculis eius. Deus enim intuetur cor. **¶** Ut habetur. i. Regum. xvi. **¶** Et Eccle. xxij. Oculi domini multo plus lucidiores super sole circumspicientes omnes vias hominum et profundum abyssi et hominum corda intuentes in absconditas partes. **¶** Et ergo ut dicit Boetius prosa ultima quinti de consolatione. Magna nobis inscita est benefaciendi necessitas. **¶** Cum agamus omnia ante oculos iudicis cuncta cernentis. **¶** Item Hieremie. xxxij. Oculi mei aperti sunt super omnes vias filiorum adam. ut reddas unicuique secundum vias suas et secundum fructum adinventionis eius. **¶** Iste est iudex valde metuendus. cui perfectibile est omne solidum. et apertum omne secretum cui obscura clarent: multa respondent: mens sine voce loquitur: et silentium confitetur. **¶** Hec est sententia ferenda a iudice iustissimo: qui non poterit flecti. nam iudicabit orbem terrarum in iusticia et populos in equitate. nullus enim veretur potentiam nec alicuius accipit personam. nec aliquo munere tunc placatur. **¶** Unde Deuteronomi. decimo. Deus magnus potens et terribilis. qui personam non accipit nec munera certe tunc plus valebit pura conscientia quam marsupia plena tunc divitibus nichil proderit divitiarum copia: sed solum pietatis et iusticie tunc prosunt et opera. **¶** Ezechielis septimo. Argentum eorum foras eicientur. et aurum eorum in sterquilinum erit. **¶** Argentum et aurum non valebit liberare eos in die furoris domini: tunc apparebit dolus seculi falsitas mundici ac utilitas et indignitas omnium diviti-

tiarum. ¶ Quod dulce quod iocundum erit tunc odisse mundum
et quod triste quod amarum habuisse mundum carum. hec etiam
sententia ferenda est a iudice. qui precibus non corrumpitur
neque mitigatur. ¶ Proverborum. vi. Non acquiescet cuius
dam precibus. ¶ Et ideo ut dicit Crisostomus. Ibi angeli
pro hominibus non intercedent quia iustus iudex. Tunc non
faciet misericordiam. sed reddet unicuique secundum merita
vel demerita equam inflexibilem et iusticiam. ¶ Unde Eze
chielis. vii. Secundum viam eorum faciam eis. et secundum
iudicia eorum iudicabo eos. et scient quia ego dominus.
¶ Et ego Job. ix. expanescens dicens. Verebar omnia ope
ra mea sciens quod non parceres delinquenti. ¶ De his omni
bus Bernardus in prosa. Juste quidem iudicabit. nec per
sonam acceptabit precio nec corrumpetur. sed nec precibus
flectetur. ¶ Et igitur labora diligenter illic deferre iusticiam
ubi misericordiam non poteris inuenire. ¶ Nam ut scribit
xi. Proverborum. Non proderunt diuitie in die ultionis sed
iusticia liberabit tunc a morte. ¶ Carissime si scolares lectio
nes suas nescientes valde acriter timet de examine magistri
quia forsitan acriter corrigentur quoniam hunc tunc timere mi
seri peccatores de extrema auditione summi magistri et iu
dicis qui non studuerunt in libro iusticie et veritatis. certe
in hoc examine qui non malignantur exterminabuntur inu
sti enim punientur et semen eorum peribit. Et contra vero
Tunc in memoria eterna erunt iusti ab auditione mala peni
tus non timebunt. ¶ Et ergo dicitur Ecclesiastici. xviii. Ante
te iudicium para tibi iusticiam. Nec autem sententia feretur
a iudice crudeli et commoto qui poterit placari. Nam domi
nus qui nunc naturaliter mansuetus est ut agnus. tunc ap
parebit quasi leo rugiens crudelis et iracundus. ¶ Unde Dzee
xiiij. Et possunt esse verba domini de auaris gulosis et super
bis in die iudicij sic dicentis iuxta pascua sua adimpleri sunt
saturati. et eleuaretur cor suum. et oblitus sunt mei. et ero eis
quasi elena et paradus in vita assiriorum. occurram eis quasi
ursa raptis catulis. et dirumpam interiora secorum eorum
et consummam eos ibi quasi leo. quod enim crudelius istis
bestijs possit inueniri. ¶ Item dominus ad impiu[m] p[er]denat[u] illud.

Exechielis. vii. finis venit. venit finis. super quatuor plagas terre. nunc finis super te. et immittam furorem meum in te et iudicabo te iuxta vias tuas. et ponam circa te omnes abhominaciones tuas. et non parceret oculus meus super te. et non miserebor. sed vias tuas ponam super te et abhominaciones tue in medio tui erunt. et scient quia ego dominus venit tempus prope est dies occisionis nunc de propinquo effundam iram meam super te. et complebo furorem meum super te. Certe domine sicut ignis qui comburit silvam. et sicut flamma comburens montes. ita persequeris tunc illos in tempestate tua et in ira tua et in furore tuo obstupefacies gentes ¶ De quo dicitur ysaie. xxx. Ecce nomen domini de longinquo veniet ardens furor eius et grauis ad portandum labia eius repleta sunt indignatione. et lingua eius quasi ignis deuorans et spiritus eius quasi torrens in vndam. vsque ad medium colli ad perdendas gentes ad nichilum. hunc furorem preuidit Job in spiritu cum dixit. Quis mihi hoc tribuat vt in inferno protegas me. et abscondas me. donec pertranseat furor tuus Vere tanta erit tunc seueritas iudicis. que nec verbis poterit exprimi. nec mente cogitari. omnia enim iudicia ab initio mundi super humanum genus habitata sunt tanquam scintille respectu furoris domini. quem in hoc iudicio exercebit. ¶ Ecce qui districtus rediet ad iudicium. qui mitis resurrexit. et transit ad celum. ¶ Unde Gregorius in omelia super illud Jobannis. xx. Thomas vnus ex duodecim qui dicitur didimus sic ait. ¶ Vitam igitur vestram fratres moresque componite: et is qui mitis resurrexit a mortuis. qui districtus iudicio veniet preuidere. ¶ Certe in die tremendi examinis sui. cum angelis thronis et dominationibus cum principibus et potestatibus apparebit celis et teris ardentibus cunctisque elementis in obsequium sui terrore commotis. ¶ Dunc ergo tanti pauoris iudicem ante oculos vestros ponite: hunc venturum timete. vt hunc cum venierit non timidi sed securi videatis. timendus est ergo modo: ne tunc timeatur terrore illius ad vltimum bone operationis nos exerceat metus illius vitam nostram a prauitate compescat. ¶ Adhuc fratres credite. quia tanto tunc erimus securi de eius preter-

tis. q̄to tunc est; fatagimus suspecti de culpa. Certe si aliquis
vestrum cum suo aduersario causas diciturus in meo iudicio
die crastina esset exhibendus. tota fortasse noctem insonne
duceret. quid sibi dicere posset. quid obiectionibus respon
deret: secum sollicita et inestruante mente versaret. ne me in
ueniret asperu vebementer metueret. et ne apud me noxius
appareret. et quis ego aut qui dlego. nimiru non longe futu
rus post hoiem vermis atq; post vermen puluis. ¶ Si ergo
santa cura pertimescitur iudiciu pulueris. qua intentione co
gitandū est. qua formidine puidendū est iudiciu tante maie
statis. ¶ Dec omnia Gregorius vt supra. Adhuc sunt quedā
alia predictā sententiaz aggrauantia. ¶ Primū videlicet qz
ibi non est potestas resistendi. ¶ Sapientie. xi. Virtute bra
chij tu qui resistet. ¶ Et ysaie. xij. Quis resistet iudicio tuo
vere nullus potest resistere. sed omis generaliter oportet co
parere ac sententiā summi iudicis velint nolint corā angelis
expectare. ¶ Ipse em loquitur per ysaia. xlvij. ad peccatore
pdenandū in hec verba. Reuelabit ignominia tua et vide
bitur obprobriū tuū. vltionē capia et non resistet mihi ho
mo. Unde Job. ix. Deus cuius ire resistere nemo pot. Nam
si fortitudo queritur robustissimū est. ¶ Item Bester. xij.
Dñe deus rex omis iuditione tua omia posita sunt et nō est
qui possit resistere volūtati tue tu em fecisti celū et terrā. et
quicquid celi ambitu ptinet. dñs oim tu es: nec est qui resis
tit maiestati tue. Iste est dñs fortis et potens cui magni
tudinis et potentie non est numerus neq; finis nullum etiā
q̄rūcunq; magnum ipse timebit. ¶ Sapientie. vi. Nō vere
bitur dominus magnitudinem cuiusq; quoniam pusillum z
magnum: ipse fecit omnia enim subiecta erunt pedibus ei
et timebunt eum in die illa vebementer. ¶ Nam vt dicitur.
Ezechielis. vij. In die iudicij et furoris domini rex luge
bit et principes induentur merore. ¶ Item Apocalipsis. vi
Reges terre et principes et tribuni et diuites et fortes et om
nis seruus et liber abscondet se in speluncis et in petris mō
tium. et dicet montib; cadite super nos. et abscondite nos
a facie sedēis super thronum et ab ira agni quoniam venit
dies magnus ire ipsorum. ¶ Et ibides. xvij. f lebunt et plā

gent reges terre qui cum babilone fornicati sunt. & in delicijs
vixerunt. cum viderint fumum incendijs eius longe stantes
propter timorem tormentorum. **L**erte tunc erit tribulatio
magna qua non fuit ab initio mundi vsq; modo sicut dicitur
Mathei. xliij. Aliud est quod dicitur sententiam aggra
nat quia non est ibi locus peccatorib; se occultandi seu laren
di. **N**am vt dicit beatus Anselmus. Latere tunc erit im
possibile et apparere intollerabile. **U**nde Job vicesimo
quarto. Non sunt tenebre et non est umbra mortis. vt abs
condentur ibi. qui operantur iniquitatem. **I**tem Bernardus.
In sermone nudi stabunt ante tribunal christi. vt au
diant vocem consilij. vt superius allegatum est. **C**arissime hanc
diem time. hunc iudicem et dominum omnia iudicaturum
cordialiter expauesce. vt eo diligentius peccata possis entra
re. **N**am vt scribitur **Ecclesiast. i.** Timor domini expellit
peccatum. Et alibi in timore domini omnis homo deducit
a malo. **I**tem aliud est. quia ibi non est locus ad alium appel
landi nec spatium fugiendi. **sal. quo ibo a spiritu tuo et quo
a facie tua fugiam. Si ascendero in celum tu illic es. Si des
cendero ad infernum adest. U**nde dicit dominus de pec
catore **Amos. ii.** fugiet et non saluabitur ex is qui fugerit
si descenderit vsq; ad infernum. inde manus mea educet eos
et si ascenderint vsq; ad celos. inde traham eos. et si abscon
diti fuerint in vertice carmeli inde scrutans auferam eos. et
si celauerint se ab oculis meis in fundo muris. **I**bi manda
bo serpenti et mordebit eos. Et si abierint in captiuitatem
eorum inimicis suis ibi mandabo gladios. et occidet eos. et
ponam oculos meos super eos in malum et non in bonum
Et ergo **Job. x.** Sic dicit dñs omnia iudicaturus non est q̄
de manu mea possit eruere. **L**erte sicut plane videbo. vbiq;
nos inueniet omni potentis manus. **U**nde auctor de cura
sui anime: quid facies diues. nūq; intus bene viues. quo ver
ses curus. nō tur? es h̄ neq; sursus. **S**i miser ascēdis celos
vel ad sidera tendis. impat in celis ferus est. et ad infera ten
dis. **S**i mare queras. re tiste mari dñatur. **N**ūq; tu? eris.
Item vbiq; reptus haberis. **V**ere vere ita nullibi patebit fuga
nec in morte nec in vita. **Q**uod bene aduertebat hoc ille scrus

Eleazarus . qui sic inquit dicebat . **A**d aium omnipoten-
tis neq; uiuens neq; defunctus effugiam . **U**t habetur . **ij**
Mathe . **vi** . **E**x dictis ergo patet multipliciter . qd finale iu-
diciu erit omnibus metuendum . et hoc propter accusati-
onem plurimorum ibidem sustinendas . et propter ratione
vniuersorum generaliter reddendam . et propter diffinitiuam
sententiam tunc a iusto iudice horribiliter p.ferenda huius
ergo memoria preseruet non in merito quelibet a peccatis .

Tertium nouissimorum de inferno .



Tertium nouissimorum cuius salubris re-
cordatio q̄ a peccatis prohibz . ē infern⁹
seu gehenna . **U**nde narzat Anastasius
de beato Antonio heremita: qd cū dya-
bolus eum temptaret de aliquo peccato
ipse penas eterni incendiij peccato debi-
tas rememorans eidem opponebat . et
sic tandem vicit dyabolum et liberabat
a temptationibus permanens immunis a peccato . **C**irca
quam materiam inter cetera sunt principaliter tria conside-
randa . **P**rimum est diuersimoda nominatio penaliu lo-
corum . **S**ecundum est multimoda afflictio sodalium in-
fernorum . **T**ertium est varia conditio infernalium tormē-
torum quorum magis memoria valde preseruat hominem
ne cadat in peccatis .

Quod multimoda ē noīatio īfernalium locorum



Tribus superius positis . primus prin-
cipaliter declarandum est diuersimoda
nominatio penaliu locorum . **E**st igitur
scendum . qd infernus est locus igne-
us ab inferno sic dictus . nam anime reo-
rum ibi inferuntur ad eternaliter patien-
dum . **U**nde . **J**ob . **vij** . **Q**ui descenderit
ad inferna . non ascendet . nec reuertetur

ultra in dominum suam. Et sic infernus frequenter vocatur ge-
henna ignis. Unde beatus Gregorius. iij. Dialogorum
vnus quidem gehenne ignis credendus est sed non vno mo-
do omnes cruciat peccatores. vnusquisque enim quantum ex-
igit culpa. tantum illic sentiet de pena. Item Ysidorus li-
bro primo de summo bono. Ignis gehenne lucebit miseris
ad augmentum pene. vt videant vnde doleant et non luge-
bit ad consolationem. ne videant vnde gaudeant. Item
ibidem in gehenna duplex est damnatorum pena. quorum et
mentes affligit tristitia. et corpus comburit flamma. Ignis
iste gehennalis ineffabiliter cruciat peccatores. de quibus
sic dicit in Psalmo. Cadent super nos carbones: et in ignes
deiciet eos: in miseris non subsistent. Item dominus in ira
sua conturbabit eos et deuorabit eos ignis. Quapropter
scribitur Ysaie. ix. Erit apostolus meus quasi esca ignis.
Unde peccatori dicitur Osee. xxi. Mittam ignem in ciui-
tates eius et deuorabit edes illius. Item Hieremie. xv.
Dicit dominus ad damnatos. Ignis succensus in furore meo
super vos ardebit. Iste ignis taliter inflammatus est et ab
ira iudicis succensus. q̄ nouo incendio non indigebit amo-
do et vsq̄ in sempiternum. Hinc est q̄ dicitur Job. xx. De-
uorabit eos ignis qui non succenditur. Quod dure vindicabit
se tunc dominus de miseris peccatoribus condemnatis.
Unde Eccle. vij. Vindicta carnis impij. ignis et vermis
Differt autem ignis ille gehennalis ab isto igne materiali p̄
cipue in tribus. Primo in acerbitate est enim acerbior in in-
finitum. Unde dicit Sebastianus cui angelus ad aurem sta-
bat. q̄ ignis iste sensibilis ira se habet ad ignem gehennales
sicut ignis in pariete depictus ad istum sensibilem. Secun-
do in duratione. nam iste ignis potest extinguui ille vero non
Ysaie ultimo. Ignis eorum non extinguetur. Item Math.
ij. Paleas autem. id est. peccatores comburet igne extingui-
bili. Tertio in consumptione nam iste ignis potest omnia
consumere quia secundum philosophum omnia consumit
materialis ignis. ille vero non potest consumere corpora nec
spiritus quos comburet. Unde de peccatore in inferno co-
struto dicitur Job. xx. Lucet que fecit omnia non tamen cor-

sumetur. Hinc est quod dicit Crisostomus de reparatione lapsi
Ignis iste qui in presenti vita est absorbit cuncta que recipit
Ille vero quos suscipit semper cruciat et penas suas semper
per integras reseruet: propterea inextinguibilis dicitur non so-
lum quia ipse non extinguetur: sed quia nec eos quos susci-
pit premit aut extinguit. Scriptura enim dicit, quia et pec-
catores induent incorruptionem scilicet non ad honorem vite
sed ad diuturnitatem supplicij profuturam, huius autem pe-
ne vim, et ignis illius potentiam nullas vox exponere nul-
lus sermo poterit explicare. Ibi quid agemus, quid respon-
debimus, nichil erit, ibi nisi stridor dentium, nisi ulular et
fletus et fera penitentia, cessantibus vnicuique auxilijs et vni-
cuique inualescentibus penis. Et ignis ille sicut non habet
naturam consumendi, sic nec illuminandi et est ignis obscu-
rus et flamma tenebrosa. Secundo infernus dicitur locus
inquietus. Unde in rerum natura quidam locus semper est
quietus, ut superior pars mundi, quidam quandoque quies-
tus quandoque turbatus, ut pars eius medea. Sic proba-
bile est tertiam partem videlicet inferiorem semper esse turba-
tam, et ideo dicitur tartarus. Nam secundum Papiam tar-
tarus dicitur turbatus. Provenit enim inquietas sine turba-
tione ibi specialiter ex tribus. Primo ex penarum varietate
sicut tempus dicitur esse turbatum, quando mixtum est cum
pluvia grandine nive vel huiusmodi consimilibus que dis-
cuntur iam in inferno. Unde psal. Pluet super peccato-
res laqueos ignis sulphur et spiritus procellarum pars cal-
licis eorum. Secundo ex ministrozum veratione. Hierem.
xvi. Scrutetis dominis alienis, qui non dabunt vobis re-
quiem die ac nocte. Tertio ex mutuo clamore. Isaie. lxxv.
Vos clamabitis pro dolore, et pro concussione spiritus ulu-
labitis. Eerte tunc cuiuslibet sic clamanti et ululanti respondit
dominus illud. Hieremie. xxx. Quid clamas super concus-
sione tua, insanabilis est dolor tuus propter multitudinem
iniquitatis tue, propter dura peccata tua feci hec tibi. Ter-
tio dicitur infernus locus intemperatissimus Unde dicitur
a vernus quasi sine vere, id est temperantia, nam pene non sunt
ibi in aliquo temperate, sed in summo gradu excessu maris

mo sunt enim ibidem tenebre ultra modum et cessante. Propter quod *Mathei. xxiij.* Dicuntur tenebre exteriores et eminentum patet *Exodi. x.* De tenebris palpabilibus. que fuerunt in egipto. quanto magis erunt ibi grauioribus. *Uñ Job. xx.* Omnes tenebre abscondite sunt in oculis eius. tunc peccator dicit illud *psal.* Posuerunt me in lacu in inferiori in tenebrosis et in umbra mortis. *Item* collocavit me in obscuris sic mortuos seculi et anxians est super me spūs meus. *Similiter* et illud lamentationis *Isere. iij.* In tenebrosis collocavit me quasi mortuos sempiternos. *Item* est ibi calor sumus. propter quod dicit *Job. xxiiij.* Calor nimis. Et est ratio. quia non exalat. quia inclusus est sicut calor in fornace. *Uñ psal.* Pones eos ut clibanum ignis in rempe vultus tui. dñs in ira sua conturbabit eos. et deuorabit eos ignis. *Item* est ibi summum frigus. propter quod *Job. xxxiiij.* Aque ille dicuntur aque niniue que pre ceteris aquarum substantijs sunt frigidiores et huiusmodi signum est stridor dentium. qui est signum magni frigoris et algoris. *Uñ Fulgentius in epistola.* Duo sunt principalia in inferno tormenta. scilicet frigus intollerabile et calor ignis inextinguibilis. *Et* ideo scribitur *Mathei. xxiij.* *Uñ* ibi erit fletus et stridor dentium: fletus namque in liquefactione oculorum de calore nascitur. Stridor vero dentium ex frigore causatur. *Job. xxiiij.* Ad nimium calorem transeat ab aquis niniue. *Uñ* de in libello metrico de vita et gestis ipsius alexandri. Attritus gratie niniue de frigore maximo transit. Ad pugnas supplicium miserabile semper et nunquam morit: quem carcer torquet auerni. *Quarto* dicit infernum locum desolatissimum. Hinc est quod secundum papianum acheron vocatur ab a quod est sine et acheron est gaudium quod sine gaudio. et huius quo ad carentiam omnis boni. *Uñ* commentator auerroyis poetrie in inferno continua est tristitia et meror sine consolatione. *Non* enim habent damnati retro aliquem consolationem a mundo. quia non valent eis suffragia nec desuper celo. nam et hoc non pluit super eos aliqua misericordia: nec sperant gratias de futuro sciunt enim quod nulla eis erit redemptionis venia. et sic erunt tristissimi in desolatione sempiterna. *Et* ergo: *Sapie. iij.* Dicit quod vsque ad somnum desolabuntur. *Uñ* *Trenor. i.*

Dicit anima condemnata posuit me desolatam toto die me-
roz confectam. Et Item ysaie. xxxiiij. Peccator desolabitur
in secula seculorum. Heu doloro pena yach desolatio plena
omni tormento: sup hec homo corde memento.

Quod multimoda est afflictio sodalium infernorum



Ad indebito secundum membra nunc se-
quuntur exponendum. quod est multimoda af-
flictio sodalium infernorum. Tales enim soda-
les videlicet dyaboli sive demones sunt
aspectu multum terribiles effectu crudeles
actortores infatigabiles. Et primo ergo
dico. quod dyaboli sive demones sunt mul-
tum aspectu perhorribiles. et ideo formis
horribilibus depinguntur in ecclesijs. Unde legitur quod
quidam religiosus de nocte cum alijs in dormitorio iacens
cepit terribiliter clamare et cum venissent ad eum fratres vide-
bant eum fixis oculis ad parientes immobiliter respicientem nec
aliquid respondentem. sed mirabili horrore concussus et timo-
re. mane autem a prioro interrogatus quid in nocte habuisset
Respondit se dyabolum vidisse et requisitus cuius esset forme.
Respondit hanc facilliter describi non posse. sed hoc inquit
dico. Si esset fumus ardens ex una parte et figura illius ex
altera parte magis eligeres intrare fumum quam videre illam hor-
ribilissimam demonis figuram. Hinc est quod beatus Bernardus
super psalmum. Qui habitat sic inquit. quid putatis fratres. si a
licuius vie ex tam multis principibus tenebrarum in medium vestrum
irruerent. et in tota feritate sua ac tenebrosi enormitate corpo-
ris apparere liceret. Quis illi potest vel corporis sensus su-
stinere vel cordis. Et igitur sicut in vitis patrum legitur. quod
dam senex dicit. Crede quod si aliquis videret demones in ea
forma qua damnati eos sunt visuri non posset vivere sed sta-
tim moriretur. Unde dicit Gregorius de crisostomo quod cum infir-
maretur et videret multitudinem demonum sibi astantium cepit
stans clamare inducias usque mane et cum hec dicens videret
se hinc atque illudine videret eos pro nimio dolore vehementer

sime conturbatus statim moriebat. turbati sunt oēs qui vi-
debant eum. et timuit omnis homo. Ecce quæ terribiles sunt in
afflictu. qui taliter occidunt solo cum aspectu Job. xx. Ula-
dent et venient super eum horribiles. Et hoc est quod Bernar-
dus dicit. O anima mea quis erit tibi pavor cum dimissis om-
nibus quorum tibi presentia tam iocunda tam gratus aspe-
ctus cohabitatio familiaris sola penes ingredieris ignotas
regionem. cum tibi caternatim deterrantia illa monstra oc-
currant. Quæra erit horribilitas demonum in formis anima-
rum crudelissimorum apparentium. ¶ Unde Sapient. xi.
Pro eo quod creantes colebant mutos serpentes et bestias
superuacua immisisti eis multitudinem mutorum terribili-
um animalium in vindictam. ut scirent quod per que peccat quis
per hec et torquetur. non enim impossibilis erat omnipotens
manus tua que creavit orbem terrarum ex materia inuisa im-
mittere in illis multitudinem visorum aut audaces leones
aut noui generis et ignotas bestias ira plenas aut vaporem
igneum spirantes aut fetore fumum proferentes aut horre-
das ab oculis scintillas emittentes quorum non solum les-
sura poterat illos exterminare. sed et aspectus per timorem
occidere. ¶ De omnibus ibidem et Job. xvi. Hostis meus ter-
ribilibus est oculis mei intuitus. Item eiusdem ultimo. Sere-
natio eius splendor ignis: et oculi eius ut palpebre dilicati-
li de ore eius lampades procedunt sicut rede ignis succen-
se de naribus eius procedit fumus sicut olle succense atque fer-
uentes. ¶ Unde poeta refert. Sunt ibi serpentes flammæ
ex ore mittentes. A flatu quorum pereunt anime miserorum.
¶ Secundo in effectum sunt crudeles Job. xvi. Collegit furo-
rem suum in me: et comminans michi infremuit contra me
dentibus suis aperuerunt super me ora sua. et exprobrantes
percusserunt maxillam meam et faciati sunt penis. ¶ Unde
in psal. Aperuerunt super me os suum sicut leo rapiens et
rugiens. ¶ Item tentauerunt me subsanauerunt me subsana-
tione frenduerunt super me dentibus suis. ¶ Ecclesia. xxi.
Dentes illius dentes leonis interficientes animas hominum
Vie dicitur. i. Petri quanto. quod dyabolus tanquam leo rugiens cir-
quit querens quem deuoret. ¶ Ite die enim nouissimo multas

buntur dyaboli ad deuorandū peccatores. ¶ **I**saie. lvi. Dēs
bestie agri et vniuersę bestie silue venite ad deuorandus De
isto refert exēplū beat⁹ Gregori⁹ in libro dyalogoz. Un̄ di
cit q̄ erat quidā nō re sed tantū noīe monachus cui nimis
grauē erat. si quis pro salute sua aliquid loqueretur nō solū
autē bona facere sed etiā non poterat audire. hic cum extre
mū sp̄m agitarēt: p̄uenerunt fratres: vt egressum illi⁹ anime
orando protegerent. tunc repente cepit omnib⁹ fratrib⁹ ibi
deꝝ existentibus acclamare. nec nō magnis vocibus orōnes
eorūdem interrumpere. ita dicens. recedite recedite ecce da
tus sum draconi ad deuorandū. qui p̄pter p̄nitiam v̄raz me
non potest deglutire. Caput meū iam ore suo absorbit date
locum. ne amplius me cruciet. sed faciat quod facturū est.
Si ad deuorandū ipsi datus sum quare per vos moras pas
sus sum. Tunc fratres ceperunt ei dicere quid est quod loq̄
ris: Signū tibi sanctę crucis imp̄ime Respondebat ille cum
magnis lachrimis dicens Volo me signare. sed non possum
quia squamis huius draconis stimuloꝝ et p̄moroꝝ. Cum fra
tres hoc audirent prostrati in terram cum lachrimis ceperūt
pro redemptione illius vehementer exorare ¶ Et ecce subī
to cepit eger cum magnis vocibus clamare dicens Gratias
ago deo ecce draco qui me ad deuorandum acceperat oratio
nibus vestris expulsus est et omnino iam recessit. ¶ **I**tes in
quarto dyalogoz Refert idē Gregori⁹. quoddā aliud exem
plum. Aut em̄ q̄ in partibus sycome in quodā monasterio cō
galacōnensis noīe dicitur accidisse. q̄ quidā monachus san
ctus reputatus in conspectu hoīm qualis non fuit repertus
apud deum. Nam cum fratres extimabant eum ieiunare la
tenter consueuerat comedere. hic in agone constitutus fecit
ad se fratres generaliter conuocare quibus ipse dixit. Ecce
nunc ad deuorandum traditus sum draconi. quia cauda sua
genua mea pedesq̄ meos fortiter colligauit. caput vero suū
inter os meum mittes spiritum meū ebibes extrahit. ¶ Qui
bus dictis statim expirauit. Et sicut videtur sunt verba con
dēnari peccatoꝝ que scribitur Hieremie. xl. Comedit me
absorbuit me sicut draco. iste est draco magnus et rufus h̄
bens septē capita ⁊ decē cornua in capitib⁹ suis de quo dice

in Apoc. xij. factū est in celo p̄stū. michael et angeli et
p̄liabatur cū dracone. et draco pugnauit et angeli eius et
non p̄ualuerunt. neq; locus eorū inuentus est amplius in
celo: et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus. qui
uocatur dyabolus et sathanas. qui seducit uniuersos orbis.
¶ Et ergo d̄r ibidem. Ueteris et mari qui ascendit dyabolus
ad uos habens iram magnā. sciens q̄ modicum tempus habet
dyabolus zelo nimio bonus inuidet qui conatur locus eius
possidere in celo de quo ipse miserabiliter p̄iectus est in pe-
na et q̄tō magis appropinquat ultima dies iudicij. tanto ar-
dentius tentat et seruet inuidia. D̄ q̄ta erit demonū auste-
ritas et malicia. ¶ De quibus Bernardus. sic ait in prosa. D̄
q̄ imp̄i tortores tunc torquebunt peccatores. et terribiles
ultores vindicabunt malos mores. Hōr autē crudelitas et ma-
litia diuē simode p̄fortatur. ¶ Primo q̄ plures sunt et mul-
ti. ¶ Uā psal. Dñe quid multiplicati sunt. qui tribulant me
multi insurgunt aduersus me. ¶ Hinc est q̄ d̄r Job. xix. Ob-
sederunt in gyro tabernaculū meū. ¶ Uñ in uitis patrū legi-
tur. q̄ quidā senex uidit demones circūdates hoīes sic apes
¶ Et ergo d̄r in psal. Circūdederūt me sicut apes: et exarserunt
sicut ignis in spinis. ¶ Secūdo q̄ fortes sunt et potētes q̄
ap̄ls inuit ad Ep̄he. vi. Ubi uocat eos principes et p̄tates
et mūdi rectores q̄ oīa sunt noīa potentū et magnū et inquit
nobis colluctatio aduersus principes et p̄tates et mundi re-
ctores et q̄ tam potētes sunt et fortes ad nocendū. ¶ Ideo
d̄r in psal. Uim faciebant qui querebāt aiām meā. ¶ Item
fortes quesiērūt aiām meā. Et alibi iruerūt in me fortes.
¶ De hac etiaz potentia d̄r Job. xli. Non est potestas super
terram que comparatur ei qui factus est ut nullum timeat
omne sublime uidet. ipse est rex super omnes filios super-
bie huiusmodi aut potestatem et superbiam maxime. excer-
cebunt in pugnatione malorum ipsos crudelissime affligēdo
¶ Unde Ecclesia. xxxix. Sūt spiritus qui ad uindictā crea-
ti sunt et in furore suo confirmauerunt tormentā sua. et in t̄pe
p̄summationis effundent uirtutem et furorem eius qui fecit
illos confundent. Nam furor ille secundum similitudinē
serpentes et sicut asp̄ctis surge et obdurantis aures suas.

¶ Item Ysaie quinquagesimo quarto: Ego creavi sabbas sufflantes
 igne prunas et proferentem vas in opus suum. et ego creavi
 interfectorem ad dispergendum de qua crudeli interfectione
 pdenatus peccator: sic loquitur Job. xvi. Circumdedit me
 lanceis suis vulneravit lumbos meos. et non peperit effudit in
 terra viscera mea. cōscidit me vulnere sup vuln? irruit in me
 gygas. **¶** Tertio sunt demones in torquendo in fatigabiles
¶ Danielis. iij. Non cessabunt ministri regis succendere for
 naces **¶** Unquidā. Sunt ibi tortores serpentib? horribiles
 Deformes nigri sed non ad verbera pigni. Nunq? lassant sed
 semp ad hec renouant. Ad mala feruentes sunt ad penasq?
 recentes. Semp tristati. semp q? ferire parati. Semp inar
 descunt. nec cessant nec qescunt. **¶** Hinc est q? Deutro. xxvij
 de peccatore scribitur. Seruiens inimico tuo quē immitter
 dñs tibi in fame in siti et nuditate et in omni penuria. et au
 gebit dñs plagas magnas et perseuerātes plagas pessimas
 et perpetuas. **¶** Quia erit damnatorū pena: q? sine intermissiōe
 semp erit continua sine pace et requie in miseria et angustia
¶ Unde pctōrib? dicim? Ezechielis. vij. Angustia supuen
 ente requirent pacē et nō erit p̄turbatio veniet sup p̄turbati
 onē. Itē Apoca. xiiij. Non habent requies die ac nocte. qui
 adorauerunt bestiā et ymaginē eius. **¶** Tunc peccator bene
 posset dicere hoc q? scribit? ysaie. xxxvij. Nō videbo dñs de
 um in terra viuentiū. nec aspiciā hoīem vltra et habitatores
 quieris. **¶** Et illud Hieremie. xliij. Ue mihi misero. qm̄ ad
 didit dñs dolorē dolori meo. Laboravi in genu meo et re
 quies nō inueni. Certe tūc p̄uertet dolor i caput ei? et in vent
 rem ipsius iniquitas eius descendet

Ad varia ē cōditio infernaliū tormētorū.



Un c restat membrū tertium de hac ma
 teria protinus declarandus quod est va
 ria cōditio miserabilium tormentorū
 Sunt enim plures conditiones specias
 literfacientes ad aggrauationem pene
 infernalis **¶** Prima est acerbitas q? patet
 ex fletu et stridore dentium ex planctu
 et desiderio mortis. ex manducatiōe im

guarum. et blaphemia creatoris et multis alijs similibus
que omnia ibidem sunt ventura. vt patet ex locis varijs scri
pturarum. ¶ Unde Apocalipsis. xvi. Comederunt linguas
suas pre dolore. et blaphemauerunt deum celi pre doloribus
et vulneribus suis ¶ Hinc Gregorius dicit. Quod hic suspi
cari non potuit illic cruciatum deditus inuenit. ¶ Item Die
ronimus Tanta erit in inferno vis doloris q̄ mens ad aliud
dirigi non poterit. nisi ad quod vis doloris impellit. Dicit
enim tunc peccator illud Hieremie. viij. Dolor meus super
dolorem. tanta enim erit acerbitas penarum q̄ peccatores vi
tam q̄ omnes appetunt sumpta et contempta. morte quam
omnes fugiunt ardenti desiderio sepius affectabunt ¶ Apo
calipsis. ix. In diebus illis querent homines mortem et non
inuenient eam. et desiderabunt mori et fugiet mors ab eis.
¶ Acerbiter vero pene infernalis attestatur dominus Hier
emie. ix. Ubi dicit Ego ababo populum istum absinthio
et potum dabo illis aquam fellis per amaritudinem designas
infernalium tormentorum. consideratio huiusmodi acerbis
tatis fecit quendam iuuenem delicate nutritum intrare ordi
nem predicatorum quo ingresso cum quidam sapiens a pa
rentibus eius missus ei persuaderet egressum ante q̄ profice
retur dicens delicate nutritus es non poterit sustinere rigo
rem ordinis et asperitatem. ¶ Respondit iuuenis Magister
propter hoc ordinem intravi quia scivi me delicatum et ni
chil asperitati posse sustinere. cogitans q̄ acerbissima pena
inferni intollerabilis esset. et ideo eligi potius hanc penam
ordinis q̄ illam sustinere. ¶ Nam sicut scriptum est Job. v.
Qui timore prunam irruet super eum etc. Hec etiam confi
deratio nouit quendam petrum heremitam admirabilem
penitentiam. quam fecit de quo narrat Gregorius in quarto
dyalogorum. ¶ Ait enim quidam Petrus monachus ex re
gione ybernie ortus prius q̄ heremum peteret molestia cor
poris interueniente defunctus est se protinus restitutus in
ferni supplicia ac innumera flammarum loca se vidisse atte
statur. ¶ Qui etiam quosdam huius seculi peccatores in eis
dem flammis suspensos se vidisse narravit. Qui cum iam
deductus esset: vt in illis et ipse mergeretur subito angelus

bonifci habitus apparuisse fatetur qui ipsum in igne mitti
prohibuit. Qui etiā dicit egredere: et qualiter tibi uiuendum
sit cautissime attende. Postq̄ vocē paulatim recalcitribus
mēbris ab eterne mortis somno euigilans cur: itaq; circa ip
sum gesta fuerant omnib; narrauit tantisq; se postmodū vi
gilijs ieiunijs constrinxit. vt inferni euz vidisse tormēta etiā
si lingua taceret conuersatio acclamaret. Scōa p̄ditio tormē
torū multiplicitas. Est em̄ penarū numer; q̄si infinit; ¶ Un
dē in psal. Circūdederūt me mala: quorū nō est numer;. Et
ergo dicit dñs Deutro. xxxij. Congregabo sup eos malas et sa
gittas meas complebo in eis. ¶ Vere scribit Ite. v. Sagi
te eius acute. et om̄s arcus ei; extensi. Multas habet dñs
sagittas i pharetra sua quas oī snōdū adhu; extraxit q̄ post
finale iudiciū peccatorib; immittent. Hec sagitte sunt pene
varie. quib; multipliciter tunc miseri torquebuntur. ¶ Un
de dē in psal. Sagitte potentis acute cū carbonib; desola
torijs ¶ Itē dicit dñs. Inebriabo sagittas meas sanguine et
gladius meus deuorabit carnes: fons vastabit eos gladius
et intus pavor consumet fame: et deuorabunt eos anes mor
su amarissimo: dentes bestiarū mittaz in eos cū furore trahē
tū super terram atq; serpentū. De hac pennarū multiplicita
te sic dicit Gregori; sup illud Marhei. viij. Eijciētur in te
nebras exteriores in inferno erit frig; insuperabile: ignis in
extinguibilis vermis immortalis fetor intollerabilis tenebre
palpabiles flagella cedentium horrida visio demonū confu
sio peccatorū desperatio oīum bonorū. Un̄ quidā doctor. In
fernus est fouea mortifera penis omnib; et miseris inserta
binc dicitur in psal. Pluet super peccatores laqueus ignis
surphur et spiritus procellarū pars calicis eorū ¶ Et notāter
dicit pars: qz nō solū in dictis sed nec etiā in mille similib;
posset pene integritas perfecte explicari. nā quicquid de pe
nis hic dixerimus est tanq̄ pars minima vniuersi festuce rei
pectu magnitudinis infinite. ¶ Ut aut̄ hec penarū multi
plicitas expressius declararetur Notandum qd̄ damnati erūt
pleni omni miseria et dolore habebunt enim fletum in oca
lis stridorem in dentibus fetorem in naribus gemitum in vo
cabus errorem in auribus. vincula in manibus et pedibus

ignisq; ardorem in membris suis omnibus. Ecce q̄ repleta
est penis atq; plagis anima peccatoris in infernum descen-
dentis. Et igitur de damnato dicitur Job. xv. Terribit eū
tribulatio et angustia vallabit eum. Et eiusdem. xx. Dom-
nus dolor irruit in eum. Et Item dicitur Iſaie. xij. Omne cor
hominis tabesceat et conteretur. torsionez et dolorem tene-
bunt. quasi parturientis dolebunt vnusquisq; ad proximum
suum stupebit facies combuste vultus eorum. Unde Na-
um secundo. Nigre sunt facies eorum sicut nigredo olle naz
omnis vultus peccatorum redigentur in ollam. Et ha-
betur Jobelis secūdo. Et dolores parturientis venient eis
Et scribitur Osee decimo tertio. O q̄ multa flagella pec-
catoris. tunc enim potest dicere cum psal. Circūdederunt
me dolores mortis nō temporalis sed perpetue. et pericula
inferni inuenerunt me. Recte dicit circūdederūt quia abyſ-
sus sicut vestimentū amictus eius: nam induit maledictio-
nem sicut vestimentum et intrant sicut aqua in interiora eius
et sicut oleum in ossibus eius fiet que ei sicut vestimentum
quo opentur. et sicut zona qua semper p̄cingitur. O qua-
le vestimentum de filis penarum tam multiplicius sicforti-
ter extertū. q̄ perpetuis temporib; nunq̄ erit conterendū
seu etiam deponendum. nam finiculo eternitati erit peccato-
ri inseparabiliter aligatum. O q̄ asperū et mordolum sen-
rietur illud tegmentum. Et Ip̄m namq; est de quo scribitur
Iſaie. xij. Operimentum tuum erunt vermes. tam multi-
plicas pene consideratio reuocauit ipsum dauid a morte pec-
cati ad penitentiam peragendam. Unde dicit ad dominus
quantas ostendisti michi tribulationes multas et malas et cō-
uersus viuificasti me. Vnius etiam multiplicis pene con-
sideratio mouit quendam heremitam sicut legitur in vitis pa-
trum ad asperumam penitentiam quam in heremo perage-
bat a quo cū quereretur. Cur se ita interticeret. R̄ndit to-
tus labor vite mee non est ydoneus comparari ad vnū diem
tormentoz que peccatorib; in futuro seculo reseruant. Et
narzat Beda in gestis angeloz. q̄ tempe constantini iunio-
ris quidam miles defunctus est circa annos domini octing-
entos sex; qui postmodum vite et restitutus penis territus.

quas videat fugi ad heremum fecit quoque cellulas iuxta quædam
fluvium in quo vestibus indutus sepius balneavit puni-
rens vestimenta sic ad carnem congelari. postea vero balne-
um calidissimum intravit. et sic continuo fecerat quoque morie-
tur. et super isto a videntibus argueretur. Taliter responde-
bat. Si vidissetis quæ ego vidi. eadem vel maiora mecum ad-
fereretis. Nam secundum Grego. super Job super omnia
compunctionem pronocat visio pene infernalis. Tertia
conditio penam gehenne aggravans est eternitas. Unde
Sapientie. iij. Illos videlicet peccatores dominus iridebit et
erunt post hec decedentes sine honore et in contumelia inter
mortuos imperpetuum. Adthei. xxv. Ibunt hi in suppli-
cium eternum iusti autem in vitam eternam. Item Judith. xvi.
Dominus dabit ignem et vermem in carnem eorum ut urantur et vivent. et
sentiet usque in sempiternum. Ad idem dicit Ysaie ultimo Ver-
mis eorum non morietur. et ignis eorum non extinguetur. Unde
dominus Deutero. xxxij. Ignis succensus est in furore meo. et
ardebit ad inferni novissima. hoc est imperpetuum sine fine.
Ysaie. xxxij. Quis de vobis poterit habitare cum igne de-
vorante. aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus semper-
nis. Et eiusdem. xxxij. Erit terra eius in piscem ardentem
nocte et die non extinguetur in sempiternum ascendet fumus
eius a generatione in generationem desolabitur in secula se-
culorum. Unde Apoca. xv. Dyabolus missus est in stagnum
ignis et sulphuris: ubi et bestia et pseudo prophete crucia-
buntur die ac nocte in secula seculorum et qui non est inven-
tus in libro vite scriptus Missus est in stagnum ignis. ubi
erit umbra mortis et nullus ordo sed sempiternus habitas
horror. Sicut Job. x. habet. Unde Grego. iij. Adoralium
dicit sic. Horrèdo mortis erit miser dolor cum formidine: fla-
ma cum obscuritate mors sine morte. finis sine fine. defectus
sine defectu. et quia mors semper vivit. et finis semper incipit. et defe-
ctus deficere nescit. Unde poeta refert. Non venit ad metas
mortis miserabilis etas. Nescit finiri semper videtur oriri.
Semper verando semper gemitus renouando. Sic Petrus
blesen: in quadam epistola sic dicit Ibi non erit suppliciorum mo-
dos nec intermissio sine finis. nam ibi finis semper incipit.

mors non morietur! nec defectus deficiet! nec damnata hominis
perditio semper in doloris materia et mortis eterne pabulum
miserabiliter redimet. ¶ Quare dicitur in psal. Sicut oves in
inferno posite sunt mors depascet eos. et si morte pascentur
impij. quid portabant illi si mors est pastus. qualis erit po-
tus. Audi prophetam. vna eorum vna fellis et botrus amarissi-
mus fel dragonum vinum eorum et venenum aspidum insatiabile.
¶ Item scribitur Deutro. xxxij. De quale peccatorum nutrimen-
tum videlicet mortis perpetue tunc crudele supplicium. vivet
tunc morti. quia vite sunt mortui. ¶ Incestus Bernardus dicit
libro. v. De consideratione ad Eugenium papam. Horreo vermine
mordaces et mortez viuace horreo incidere in manus mortis
viventis et vite morientis. ¶ Unde Gregorius. morte immor-
tali morientur impij. O deus eterne quare me posuisti pro-
prium tibi et factus sum michi metipsum grauis. cur non tollis peccatum
meum. ut hoc perpetuum possim euadere tormentum. ¶ O quam felix
quam beatus qui peccatorum sordibus nequaquam fuerit infectus. qui post
mundi gaudia non abiit. ac in vanitates et insanas falsas non
respexit nos autem miseri errauimus a via veritatis. et lumen ius-
ticie non illuxit nobis. lassati sumus in via iniquitatis et per-
ditionis. vias ambulauimus difficiles vias graues et inutiles
per viam autem domini nolumus ambulare sicut dicit Isaias. xlix. In
vacuum laborauimus sine causa. et vane fortitudinem presumpsimus
quid enim nobis profuit superbia. quid diuitiarum pompa. quid
preciosa corporis indumenta. quid promissionis et crapule.
quid risus et leticie. quid hec omnia et singula nobis profuerunt
in quibus vane et inutiliter imo potius danabiliter tempus vnum
expendimus. pro dolor sine fructu transierunt hec omnia. tanquam
fumus seu auram matutina transiit. quod temporale fuit. sed heu heu
remansit quod in eternum cruciabit. tunc dicet dominus de quolibet
damnato. ¶ Illud Job. xx. Juxta multitudinem adinuentio-
num suarum. sic et sustinebit. ¶ Et illud Apoc. xvij. Quantum
glorificat se et in deliciis suis. tantum date illi tormentum et lu-
crum. quibus eternaliter sine fine torqueat. O quanta est ho-
minis demencia. pro deliciis aut diuitiis seu pro aliqua re ter-
rena butulum mundi perpetua corporis et anime subire tormenta.
¶ Unde Crisostomus de reparatione lapsi sic inquit. die quod

ta tempora luxurie: que deliciarum spacia comparari vltis pe-
nis sempiternis: centus si placent annos dem? delicias adde
alios centum aqde et decies centum. que erit ex his ad eter-
nitatem comparatio nomine omne tempus vite huius. quo
delicias frui videntur et indulgere libidini quasi noctis vni-
us somni ad eternitatis comparatione videtur. ¶ Et igitur
quis est. vt vna nocte delectabilem videat somnum eternas
subire eligat penas. et illud pro his recipere vel pro his il-
lud commutare. quid dicemus ac repositas penas. Quid di-
cemus ad hoc qd deliciae velut umbra transierunt: et velociter
fugiant: pene vero eternaliter manent. etiam si equale tem-
pus et idem spacium delicias esset positum et pene esset ali-
quis ita stultus et demens vt eligeret pro vno die deliciarum
vnum diem subire penarum: consoletur dolor vnius hore et
quolibet corporis cruciatus in oblivionem mittere omne p-
teritum tempus in voluptate transactum. ¶ De comina Cri-
sostomus vt supra. O eternum nunq finem habiturus cor-
poris et anime tam grande supplicium. O mortis perpetue
indicibile tormentum. quid referam de te. nescio. non enim
potest verbis exprimi nec intellectu concipi aut corde com-
prehendi posito enim qd sit vnus lapis de arena coagulatus
et compactus tante quantitatis sicut infra concauitatem op-
taue sperare posset p-teriri. et post millesies mille annos per
diuinam potentiam vna aere nulla a dicto lapide tolleretur
et deinde post millesies mille annos. adhuc vna. et sic conse-
quenter. donec totus lapis in nichillum redigeretur. nunqd
consumpto lapide eternitas predicta erit reuoluta. sic qd da-
natorum anime tunc a penis liberabuntur. ¶ Respondeo tibi
et dico. qd perpetuas illa vix tunc fuerit inchoata. na finiti et
infiniti nulla est proportio. ¶ Ut dicit philosophus. viij.
phisicoz. Si em hoc cognosceret et prescueret peccatores con-
demnati. qd dicto lapide consumpto ab illis intollerabilibus
quos sustinent inferni cruciatibus deberet eipi et totaliter
liberari. mirabiliter super hac redemptionis die deberet sepa-
rare imo quodammodo separando cu gaudere ex quo scirent
fine suoz tormentoz post innumerabiles imo post incom-
prehensibiles et infinitos vero annos quis tardissime aduen-

turum. illa est esummatima vna omnium peccatorum videlicet de
solatio et carentia omnis spei nunquam a penis redimam siue liberari
¶ Nam sicut dicit ysaias. xxxiii. Peccator desolabitur in secula se
culorum. ¶ Unde dicitur Trenorum. iij. Perijt finis mea et spes mea a
deo. ¶ Item querit peccator Viere. xv. Quare factus est dolor
meus perpetuus et plaga mea desponsabilis. ¶ Super quo Prouer
bium. xi. Sapiens sic rident. Mortuo homine impio nulla erit
spes ultra intelligite hec. quod obliuiscimini deum. ne infernus ali
quando vos rapiat. et non sit qui eripiat. Ecce iam plane video
quod in inferno nulla est redemptio alicuius peccatoris ¶ Carissime
intelligis tu verum sapiens exemplum de lapide superius tibi scrip
tum. ¶ Dic michi ergo quid de illo sentis: quid iudicas: quid
desinis: puto veraciter quod ratio non poterit dissentire. quoniam
ut predicat ita sit in rei veritate. Cogita ergo varias terrarum
provincias. et imaginare regiones singulas prope flumines et
mare mundum mente cerne et totum perambula. ascende usque
ad celum et aere sic transuola iterum descende in abyssum profun
ditatemque considera. ex quibus omnibus que celi ambitu con
tinentur compone lapidem et imaginare magnitudinem et
eius quantitatem qui cordialiter in collecta dic mihi carissime
me quid sentis tunc de lapide imo potius quid sentis de per
petuis. quid de infinitis peccatorum penis et morte ¶ Estimo quod a
littere respondebis. Vere vere loqui nescio. audiui et turbatus
est venter meus a voce contremuerunt labia mea. Grandem
rem intelligo propositam veritatem video. ¶ Unde admi
rari non sufficio. sed pauore nimio mente premitisco. ¶ Nam
certissime timor et tremor venerunt super me. et contererunt
me tenebre multiplicis horrores. ¶ Quis enim non metue
ret. quis enim non expauesceret. quis anxietate cordis pe
nitus non deficeret qui menteretur hunc lapidem diligen
ter ruminaret infinitas peccatorum penas semper memo
raliter reuoluendo. Pone ergo eum tanquam signaculum super
cor tuum. valde enim utile est ex proficuum tibi huiusmodi
lapidi nunquam obliuisci quatenus si diuinus amor te non cor
rigit et reuocat a malis huiusmodi speculum pene interminabilis
saltem te aliquando cohibeat a peccatis. O graue supplicium
miserabile quod fugiendum. O stigmata exercitium lacrimabile quod

metuendum qui stige torquetur semp nunq̄ moriet. Semp
plectetur z nūq̄ finis habetur. ex predictis clare patet q̄ pe
narum incrementuz per infinita secula nunq̄ timerur huius
modi consideratio eternitatis pene infernalis conuertit ful
conem marsiliensem. qui cum esset excellens ioculator z va
nitatibus mundi deditus vna dierum cepit cogitare de eter
nitate gehennalis pene et dixit in corde suo si tibi propo
retur iacere in lecto molli et bene strato ita q̄ nulla necessita
te cogente inde recederes hoc non posses sustinere in eternū
in tali lecto delicato iacere. quomodo ergo pores sustinere
sempiternam infernalem penam. si contingerit te illam im
perpetuum forte passurum. Hac vero consideratione per
teritus relinquit omnia z factus est monachus postea epi
scopus tolosanus et vir erimie sanctitatis. Item conside
ratio perpetuitatis pene infernalis ad pugnādū contra dya
bolum conformat hominem et inducit. quis enim conside
rans q̄ si deuictus fuerint ab eoz ducetur ad tormentū semp
pitermū. nōne viribus pugnet ne vincatur. Un̄ narrat ege
sipus de cladibus iudeoz q̄ cum quidā de socijs alexandri
qui preerat magno exercitui videret p̄tra eū magnū exerci
tum et innumerabilē ad bellandū preparatū. et sui cibū su
merent. ad sustentationē viriū. ip̄e quodā solatio quasi iocan
do eis dixit prandem? nūchic o viri strenui. nam apud in
feros sumus cenaturi quo verbo sunt omnes animati ad fu
giendū illā cenā q̄ tam viriliter pugnauerunt sic q̄ de cun
ctis hostibus suis honorifice triumphauerūt. Item a de
lectationibus mundi trahit et euellit. Legitur in vitis patz
quēdā senex dixisse. nutrix cū vult puez ablactare. et a dulce
dine auertere. ad māmaz ponit senapiū vel quicquid aliud
amaz q̄ puer lactans gustans et percipiens. statim retrahi
tur a dulcedine lactis. Sic et tu adiunge amaritudinē perpe
tuā inferni delectationib? hui? mundi et p̄culdubio retrabe
ris ab eisdez. Un̄ Job. vi. Nūquid gustare posset quēz q̄
gustatū aufert mortē amarissimā. hoc est penā sempiternam
Ideo dicit Prosper In p̄nti vita delitie tpales dulces sūt
et tribulationes amare. Sed quis non libenter bibat tribu
lationis populum metuens ignem perpetue gehenne. aut q̄

non contemnat dulcedines seculi inhians bonis vite semp-
terne. ¶ Legitur in legenda beati Iohannis euangeliste. q̄
quidam diuites ad predicationē eius conuersi omnia relinq̄-
runt postea videntes seruos suos in gloriā mundi consti-
tutos penituit eos sua bona relinquisse. quod beatus Iohā-
nes per spiritum sanctum intelligens virgulas in aurum et
silices in gemma orando commutauit. sicq̄ eis restituit om-
nia derelicta postmodum quidam iuuenis a beato Iohā-
ne resuscitatus narrauit eis de gloria. quam amiserunt et de
penis infernalibus que eos expectarent. Quilibet intellex-
erit plurimū perterriti et animo consternati omnia contem-
nentes ad paupertatem pristinam. reuersi sunt ac mundas
suis cum delicijs penitus delinquerunt. ¶ Item accidit pro-
fugat et repellit. Unde legitur in vitis patrum q̄ quidam
frater dixit patri seniori. pater nimum accidit sic continue
sedendo in hac sella. Cui senior respondit. Nondum viciisti
futura tormenta perpetue duratura. Nam si illa in corde tuo
posuisses et si cella vsq̄ ad collum esset vermibus repleta su-
stineres patienter: et nunq̄ arcediareris. Et ergo cum oportet
peccatorem vel eterni purgatorij acerbissimam sustinere
penam vel in presenti condignam facere penitentia quis nō
prelegit hic sustinere et pati potius q̄ ibi. nisi omnino fuerit
mente alienatus. ¶ Unde Ysidorus in synodo. Intende
de antimo quoscuq̄ dolores tormentorum. quascuq̄ se-
culi penas. quascuq̄ dolorū acerbitates: compara hoc to-
tum gebenne et leue erit omne quod patens. ¶ Item Ber-
nardus in epistola. Vigilijs times et ieiunia manuumq̄ la-
bore sed hec leuia sunt flammis perpetuas meditantū recor-
datio tenebrarum facit non horere solitudinem si fuerit
de verbis ociosis cogitas discussionem non displicebit silen-
tium fletus ille et stridor dentium pares tibi reddunt et cultu-
ram et matas. ¶ Item Augustinus in sermone. Adens hu-
mana mundibuius illecebris et concupiscentijs deuicta fu-
git laborem expetit voluptatem. et vix ad hec deducitur vt
a se vite prioris consuetudinem excludat. sed tamen in cepe-
rit cogitare futuri iudicij necessitatem ac penarum eternalium
crudelitatem. voluntarium bellum inducit passiombus me-

ta vel spe premiū vel timore supplicij. vim facit pristinis de
 siderijs. et violenter ipsa semetipsas vicere prendit. ¶ Ideo
 dicitur Abacuth. iij. Ingređatur putredo in ossibus meis
 ⁊ super me scateat tempore videlicet vite presentis vt postea
 requiescas in die tribulationis. Ecce q̄ fructuosa ⁊ salubris
 est meditatio pene infernalis. ¶ Quare scribitur in psal. Eō
 uertantur peccatores in infernū. hoc est per meditationes il
 luc se transferant uiuentes: ne postmodū ibi tendant perpe
 tue morientes. ¶ Et ergo benedicat Danielis. xxx. Beatus
 qui intueris abyssos: videlicet per continentias et iuges me
 moriā eterne contemplationis tormenta infernalia cordia
 liter intuen do pater ergo sufficienter per predicta: q̄ multi
 plex et varia est infernalis pena et q̄ utilis ⁊ p̄ficua est ipsi
 memoria.


Quartum nouissimoz de celesti gloria.



Quartum nouissimoz quod valde ⁊ pre
 cipue debet homines a peccatis retrahere.
 ē gloria celestis nam si homo se refre
 nat ab homicidio v̄ consimili opere cri
 minoso. ne perdat corporalia q̄ tomagis
 se debet coarcere ab omni actu illicito ne
 amittat gaudia sempiterna. ¶ Un̄ Au
 gustin⁹ in libro confessionū. Est gaudium
 quod nō datur impijs sed eis qui te gratis colunt quoz gau
 dium tu ipse es. ¶ Et ergo scribitur prima ad Corinth. sexto
 Iniqui regnū d ei nō possidebunt. immo cū maxima confu
 sione repellentur ab eodem sicut polihardi nebulones vilissi
 mi indignanter repelluntur ab imperatoris curia ne illic
 sedeant cū regibus et principib⁹ in tam excellenti et sollēni
 mensa. ¶ Dicit enī Cassido. super illud psal. Expelle eos
 qm̄ irritauerunt te dñe. Sic dicimus q̄ tantis vniuersisq̄ a
 deitate repellitur. q̄tus eius peccata cumulantur: q̄titas cū
 delicti mensura est repudiij. Nunquid ergo quilibet peccata
 vitabit ⁊ tanq̄ mortiferum celerius abhorrebit. qui per hoc
 celeste gaudij eternaliter se mouerit amissurū. ¶ De hac autē
 incōprehensibili gloria ego pauper ingenio quid loquendo p̄
 peram. Si em̄ oculus nō vidit nec auris audiuit. nec i cor.

hominis ascēdit q̄ de? preparauit diligētib? se Sicut scribit
 prima Corinth. ij. De illis qui tūc referā. certe quali balbu-
 tiendo sicut sc̄tus nat? deputans de colorib? nō p̄fidens in
 sensu p̄prio sed multiplici sacraz scripturarum testimonio
 paulisper idē dicas. Est igitur breuiter notandū q̄ quis
 in regno dei sunt valde multa imo innumerabilia eius re-
 citate et gloriā attestantia ip̄m tamen quo ad temp? specia-
 liter a tribus p̄mendatur. Primo a summa pulchritudine si-
 ue claritate. Secūdo a bonoz oīum copiositate. Tertio a
 maxima leticia iugiter durate in eternitate. nā ibi est im-
 sapulchritudo siue claritas bonoz infinita copiositas sum-
 mū q̄ gaudiū. est stabilis eternitas. De quibus hic per ordi-
 nem breuiter dicetur.

De summa pulchritudine siue claritate re- gni celestis.



N primis regnū dei cōmendat a summa
 pulchritudine siue claritate. Nā et scri-
 bitur Sapienter. Ip̄m dicit regnū de-
 coris. Hinc est q̄ psal. dicit Dñe dilexi
 decorem dom? tue. Uñ Thobie. xij.
 Beat? ero si fuerint reliquie seminis mei
 ad videndū claritates hierl'm porte eius
 et saphiro et smaragdo edificabunt? et la-
 pide p̄cioso oīs circuit? muroz eius ex lapide candido et
 auro mūdo oīs platee ei? struent. Item Apoc. xxi. Ipsa ci-
 uitas auz mūdū silē vero mūdo fundamēta muri ciuitatis
 oī lapide p̄cioso. ornata duodeci porte duodeciz margante
 sunt per singulas. et singule porte erūt ex singulis margarit?
 et platea ciuitatis auz mūdū tanq̄ vitrū perlucidū et tēplū
 non vidi mea. dominus enim omnipotens templum illis
 us est. et agnus et ciuitas non eget sole neq; luna vt luceāt
 in eam claritas dei illuminabit eam. et lucerna eius est ag-
 gnus. et ambulant gentes in lumine eius. Item Apocac.
 xxi. Non ultra non erit et non indigebunt lumine lucerne
 neq; solis. quoniam deus illuminabit illos: et regnabunt in
 secula seculorum. Cū quo videtur conuocare illud Ysaie.

le. Non erit tibi amplius sol ad lucendum per dies, nec splē
dor lune illuminabit te, sed erit tibi dominus in lucem sem
piternam, ipse enim est speculum sine macula, et candor lu
cis eterne, sicut scribitur Sapientie, vii. **E**t splendor glo
rie. **U**t habetur ad Hebræos, i. Nam splendor eius ut lux
erit. **A**bacuch, iij. Ab hoc enim splendore omnes sancti i
regno celorum recipiunt lucem et splendorem sempiternū
quo assidue felices letantur. **U**nde iudicum, v. Qui dili
gunt te sicut sol in ortu suo splendet ita rutilent. **E**t ergo
dicitur Sapientie, iij. **F**ulgebunt iusti et tanquam scintille in
aurum in celo discurrent. **I**tem **M**athei, xlij. Iusti fulge
bunt sicut sol in regno patris eorum. **Q**uod gloriosum est hoc
regnum et quod dilecta tabernacula tua domine virtutum quod ma
gnus decorus quod ingens splendor in ciuitate domini: quod mira cla
ritas quod summa amenitas in patria celesti. **U**nde **A**ugusti
nus in libello de libero arbitrio sic inquit. **T**anta est pulchri
tudo iusticie tanta est iocunditas lucis eterne: ut etiam si nō
luceret amplius in ea delectari quod unius diei hora propter
hoc solum innumerabiles huius vite pleni delictis et afflu
entia bonorum temporalium recte et merito despicerentur.
non enim falso aut paruo effectu dictum est quoniam melior
est dies vna in atrijs tuis super milia. **Q**uare idem **A**ug
ustinus in libro de amore dei exclamans dicit. **O** celestis hierusalem
domus luminosa ad te suspirat peregrinatio mea, et posside
at me in te, qui fecit et te et me. **U**nde **B**ernardus in libro
iij. in omelijs supermissus est. **Q**uod gloriosum est illud re
gnum in quo reges congregati conuenerunt in vnus ad lau
dandum Iesum et glorificandum eum qui super omnes est rex
regū et dñs dñanciu de cuius splendissima contemplatione ful
gebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. **H**inc propheta
dicit **A**dimplebis me letitia cum vultu tuo. **U**nde **J**ob:
xxiij. **V**idebunt faciem eius in iubilatione. **H**anc faciem
omnis respiciet qui dño fideliter seruiet in humilitate cordis
in laboribus plurimis ac operibus virtuosis. **U**nde **A**po
calipsis ultimo. **S**erui eius seruiet illi, et videbunt faciem
eius. **N**am dicitur ysaie, xxxij. **R**egem in decore suo vide
bunt. **Q**uod pium, et quod gratum quod sua, neque beatus erit ibi.

tunc videre his qui eum dilexere. Tunc vero exclamando
dices sicut Abacuch. iij. Ego autem in domino gaudabo in
deo iherusalem meo. Quibus gaudebunt. quos gaudia summa re
plebunt. Quos illustrabit quos semper letificavit Visio san
cti splendorque sue faciei.

De multiplici bonorum copia regni celestis



Lignum celeste secundo commendatur a
bonorum omnium copiositate. Unde
Augustinus de civitate dei. quod deus
preparavit diligentibus se. spe non attri
bitur. charitate non comprehenditur. de
sideria et vota transgreditur. acquiri pos
test estimari non. Item Bernardus.
Ad herces sanctorum tam magna est. quod
non potest mensurari. tam multa est quod non potest numera
ri. tam copiosa. quod non potest finire. tam preciosa quod non po
test estimari. De his superabundantibus bonis et divitijs
ipsius regni celestis scribitur Deuteronomio. octavo. Dominus
deus tuus introducet te in terram bonam terram rivorum a
quarum et fontium in cuius campis et montibus erumpent
fluminum abyssi. terram frumenti et ordei et vinearum. in
qua ficus et malagranata et oliueta nascuntur. terram olei et
mellis ubi absque vlla penuria comedes panem tuum. et re
rum omnium abundantia perfrueris. Ecce hec est terra fer
tilis copiosissime lacte fluens ac dulcedine mellis. Hec est
terra ad quam explorandum missi sunt filij Dan. Sicut scri
bitur Iudicum. decimo octavo. Qui redeuntes dixerunt vi
dimus terram valde opulentam et uberem nolite negligere
re. nolite cessare. eamus et possideamus eam nullus erit la
bor tradetque dominus nobis locum in quo nullius rei est
penuria eorum. que gignuntur in terra nam omne quod mo
lestat ibi deest et omne quod delectat adest. Unde Au
gustinus. Eterna beatitudo consistit in duobus. scilicet in ne
cessaria. abstinentia omnis mali. et necessaria presentia om
nis boni. Si enim queris quid ibi est. aliter non potest res
ponderi nisi quicquid boni est ibi est et quicquid mali est ibi

Nullū est. Et ergo dicit Gregorius Nichil exterius quod
ibi appetatur et nichil interius quod ibi fastidiatur. Et Ideo
scribitur Apocalipsis. vii. Non esuriet neque sicient amplius
et non cadet super illos sol neque ullus estus. quoniam agnus
dei qui in medio throni est. reget eos. et deducet illos ad fons
vite aquarum et ibidem ostendit michi flumen aque vi-
te. qui sitit veniat. qui vult accipiat aquam vite gratis. qui
autem biberit ex hac aqua: non sitiet iterum. sed fiet in eo
fons aque salientis in vitam eternam. Et habetur Johā-
nis. iij. Dicitur felix patria que beata terra. ubi deus erit omnia
in omnibus: et nullius rei est penuria seu aliquis defectus.
Certe hec patria locus est pascue celestis. ubi nichil deerit i-
quo dominus suos fideles reficiet suaviter. ac perpetue col-
locabit. Et Unde Ezechie tricesimo quarto. Dicit dominus:
inducam eos in terram suam. et pascam eas in montibus is-
rahel in riuibus et in cunctis sedibus terre in pascuis vberum
pascam eos. et montibus excelsis erunt pascua eorum. ibi
requiescent in herbis virentibus. et in pascuis pinguibus pa-
scentur super montes israhel. Et Ipsi enim sancti pascentur
in cognitione summe veritatis. illa et erunt pascua vberu-
ma. siue ingrediantur ad contemplationis diuinitatem. siue
egrediantur ad considerandum humanitatem utrobique in-
ueniat plenam satietatem. Et Johannis decimo. Egredietur
et ingredietur. et pascua inueniet. Et Item pascentur in dele-
ctatione et fruitione summe suauitatis et illa erunt pascua pin-
guia. Et Unde dicitur in psal. Ex adipe frumenti sariat te. ad-
deps huius frumenti est delectatio et suauitas. que causatur
ex amore dei hoc ergo amore dei hoc ergo amore sicut adipe
et pinguedine repleatur anima mea. pascentur etiam in eter-
nitate perpetue securitatis et illa erunt pascua virentia. Nū-
quam enim arescent. sed semper virescent. et in pulchritudine
perpetua durabunt. Ecce qualis patria et que bona terra ubi
tam vberzima pinguis et virentia erunt pascua beatorum ve-
re hec est terra viventium in qua credimus tot et tanta vide-
re bona domini. Et Unde dicitur in psal. Replebimur in bonis
domus tue et que sunt illa bona. quibus sancti replebun-
tur nisi illa incomprehensibilis gloria beatorum. Et Nam ve-

dicit Bernardus in sermone dedicationis. Ad ymagines dei
facta est anima rationalis ceteris omnibus occupari potest
repleri omnino non potest. Capacitatem enim eius quicquid
quid deo minus est. non implebit. hac ineffabili gloria non
solum implebitur verum etiam usque ad summum inebriabitur.
Unde Hieremie tricesimo primo. Inebriabo animam
sacerdotum cum pinguedine. et populus meus bonis
meis adimplebitur. ait dominus. Hoc faciet in cena magna
fidelibus preparata tunc enim precinget se. et faciet illos
discumbere. et transiens ministrabit eis fercula sue glorie.
vinum misericordie et leticie ipsius gustando. tunc dicitur
illuc discumbentibus. Ut dicitur quinto comedite amici et bi-
bite et inebriamini carissimi. Hinc scribitur Ysaie vicesi-
mo nono. Inebriamini et non a vino inuebitur. et non
ebrietate. Et vnde tunc inebriabunt illi. Certe a gaudio mul-
tipliciter gloria celestis o deus et erit quod dulciter et plene tunc
fideles tui inebriabuntur ab ubertate domus tue et a torren-
te voluptatis tue. quoniam apud te est fons vite. fons inde-
ficiens beatitudinis et glorie. vtiq; hanc domum tuam decet
sanctitudo domine in longitudinem dierum. Ipsa enim est
domus domini diuitis referta. et ciuitas dei nostri bonis
omnibus adimpleta. Quapropter scribitur ysaie tricesi-
mo tertio. Oculi tui videbunt hierusalem. ciuitatem opulen-
tam. hec ciuitatis opulenta seu bonorum copiositas et ma-
xime abundantia non solum patet ex predictis sed etiam spe-
cialiter ex multitudine eius pacis. In qua delectabuntur mas-
sueti. qui hereditabunt illam terram superius expressam.
Unde ysaie sexagesimo. In leticia egrediemini et in pace
deducemini. Quanta ipsius hierusalem abundantia pa-
cis. cuius imperpetuum non erit finis. Sicut scribitur
ysaie. nono. Item eiusdem. tricesimo secundo. Sedebit
populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fi-
ducie et requie opulenta. Et ergo bene dicitur Thobie
xiiij. Hierusalem ciuitas dei beati omnes qui diligunt te et
qui gaudent super pacem tuam. Nam sicut habetur Eze-
chielis. xiiij. In te vident sancti siue visiones pacis. Ibi pacis
summa; que exsuperas omnem sensum. nec noui antecedit bno

manum intellectus. Qui tante pacis voluerit esse particeps
eternaliter in celis discat nunc humiliter pati hic in teris.
¶ Nam ut scribitur in auro ad tam preclaram requiem pa-
tiendo venit. nec nisi per penas sapiens hac pace potitur.

De maxima & stabili leticia regni celestis.



Nostre regnum dei commendatur. a
maximalentia inquit durante ieternitas
te. ¶ Unde Gregorius in omelia que lin-
gnadice aut quis intellectus capere inf-
ficiat: illa superne ciuitatis quata sunt gau-
dia angelorum choris et beatissimis spi-
ritibus glorie conditoris assistere presen-
tem dei vultum cernere incircumscrip-
tum lumen videre. nullo mortis metu affici. incorruptionis mu-
nere perpetue letari. Certe hec est ciuitas dei nostri hierusa-
lem vrbis beata. Hierusalem in q̄. que vt ciuitas edificatur
O ciuitas ciuitatum. in qua sunt tanta gaudia et leticie bea-
torum. ¶ Unde ysaię ultimo. Letamini cum hierusalem: &
exultate in ea omnes qui diligitis eam gaudere cum ea gau-
dio vniuersi qui lugebatis super eam. vt suggatis et reple-
amini ab vbere consolationis eius vt mulgeatis et delicias
affluatis ab omnimoda gloria eius. ¶ De immensa huius ci-
uitatis felicitate et gloria sic dicit Augustinus in libro de ci-
uitate dei. Quanta erit illa felicitas. vbi nullum erit malus
latebit bonus. vocabitur dei laudibus. qui erit omnia i om-
nibus. ¶ Ysaię. lxxij. Oculus non videbit deus abs te que
preparasti expectantibus te. que sanctis donatur? es in ma-
xima leticia perpetue possidenda. ¶ Unde eiusdem. xxxv.
Veni in syon cum laude et leticia sempiterna super capi-
ta eorum. ¶ Hinc est q̄ psalmista dicit. Nouit deus dies im-
maculorum. et hereditas eorum in eternum erit. ¶ Vere sic
scribitur Thobie. decimotertio. Magnus es domine in eo-
ternus et i omnia secula regnum tuum. ¶ Unde Augustinus
de ciuitate. Vocabimus videbimus et amabimus et lauda-
bimus. Ecce quid erit in fine sine fine. nam quis noster si

ns nisi peruenire ad regnum cuius nullus erit finis. veris-
sime regnū tuum dñe regnū omnium seculorū et dñatio tua in
omni generatione et generationē. Et ideo scribitur Thos
bie. xij. Benedictus dominus qui exaltabit hierusalem ve-
sit regnum eius in secula seculorū super eam. Et quod glorio-
sum est hoc regnum in quo cum xp̄o gaudent omnes sancti
amicique stolis albis sequuntur regnū quocumque gerit. De
quo regno seu futuro seculo. sic dicit beatus Augustinus de
conflictione viciorum et virtutum. Recedat amor presentis
seculi. in quo nullus ita nascitur vt nō moriatur. succedat a-
mor futuri seculi. in quo omnes ita viuificatur. vt deinceps
non moriantur vbi nulla aduersitas turbat: nulla molestia
inquietat. sed perbenis leticia ibi regnat. Dicitur et scri-
bitur in psal. Iusti epulentur et exultent in conspectu dei: et
delectentur in leticia. Item ysaie. xxxv. Gaudium et leti-
ciam obtinebunt. et fugiet dolor et gemitus. Unde Apo-
calipsis. xxi. Absterget deus omnem lachrymam ab oculis
eorum. et mors ultra non erit neque luctus neque clamor neque
dolor erit ultra quia priora abierunt. Item ysaie. xxxv. Au-
fert deus omnem lachrymam ab omni facie et obprobrium
populi sui auferit de vniuersa terra. et dicent in die illa. ecce
deus noster expectabimus eum et saluabit nos. Iste domi-
nus sustinimus et letabimur in salutare eius. Et quanta
leticia quando non solum in anima sed etiam in corpore fu-
erit glorificandum. Unde ysaie. lxi. In terra sua duplicis
possidebunt. Et Proverbiorū ultimo. Omnes domestici
eius vestiti duplicibus idest stolis duabus. quarum vnā
scilicet anime iam possident beati. et reliquam videlicet cor-
poris expectant accepturi. Item quando non solum erit
gaudium de bonis operibus proprijs. sed etiam de meritis
omnibus et singulis omnium beatorum. Unde dicit do-
minus Hieremie. xxxij. Habitare eos faciam confidenter et
erunt michi in populus et ego ero in deus et dabo eis cor vnu
et animam. non vanitate sustantie: sed vinculo charitatis.
Ecce carissime si anima martiris confessoris vel virginis et
anima tua tunc erunt vna consequens videtur quod illorū gau-
dium etiam erit in tuis simile est de anima apostoli. Iu. c.

insublet alterius sancti. ¶ Hinc Gregorius dicit. Tanta via
charitatis omnes sociat. ut bonum quod quis in se non su-
scipit. in alio se gaudeat accepisse. ¶ Certe istud admirandum
et multiplex gaudium in cor hominis non ascendit. Et ergo
quilibet totus ipsum gaudium introibit. at sic gaudium su-
um plenum erit nam intus et extra subtus et supra immo cir-
cunquaque mirabiliter gaudebit. Intus de puritate conscien-
tie extra de corporis glorificatione; subtus de celi visione et
altarum creaturarum pulchritudine et innotatione supra de
visione dei. et circuncirca de angelorum et omnium sancto-
rum iocunda et delectabili associatione. ¶ Vere vere nemo
posset cogitare quantum erit exultare tunc in celis habitare
et cum angelis regnare. ¶ Et ergo bene dicitur Mathei vi
cesimo quinto. Intra in gaudium domini tui. Nam ipsum
non poterit intrare cor tuum. ¶ De immensitate gaudiorum
sic inquit beatus Bernardus. in libro suarum meditationum
Ibi totum leticia. totum exultatio possidet. Non est angelis
sociari sine ulla carnis infirmitate imperpetuum manebunt
Ibi iocunditas infinita. beatitudo sempiterna in qua qui
semel suscipitur. semper tenetur. Ibi requies a laboribus.
pax ab hostibus amenitas de nominare securitas de eternita-
te. dulcedo et suauitas de dei visione. Et quis illic habitare
vehementer non desiderat et propter pacem et propter ame-
nitatem et propter eternitatem et propter dei visionem.
¶ Item dicit alibi ad hoc idem Bernardus. Tanta est iocun-
ditas et suauitas illius patrie celestis: quod si non liceret ibi
esse nisi per unius hore spacium. omnes dies huius vite ple-
ni delicijs merito contemnerentur. Cui comparata omnis
alunde suauitas dolo: est. omnis iocunditas mero: omne
dulce amarum. omne decorum fetidum: et omne aliud quic-
quid delectari possit molestum cum dei bonitas in infinitum
excedit omnem aliam bonitates. ¶ O bone deus quid
michi est in celo et a te quid volui super terram. cum omnia
hec sunt desiderabilia super aurum et lapide preciosum mul-
tum. et dulciora valde super mel et fauam. ¶ O quid dice-
mus de hac patria. quid de hierusalem urbe tam beata. Per
cuius vicos sicut scribitur Tobie. xij. Incessanter iocuntur

de et dulciter cantatur alleluia. ¶ Unde ysaie. li. Gaudium
et letitia inueniuntur in ea gratiarum actio et vox laudis. in tem
plo enim eius omnes dicent gloriam: et vere merito vox exulta
tionis et salutis resonat in tabernaculis iustorum. Nam in ciui
tate domini ibi sonat iugiter organa sanctorum: qui tribulatio
num et penarum laborumque et omnium miseriarum penitus iam obliui
perfruantur nichilo celesti. ¶ O quam letabunde quam iuauiter et
pclare tunc canet in. g. la. sol. iii. gamut fa. vt. rare. ¶ De hac
ciuitate loquitur adhuc Bernardus. in libro suarum medita
tionum. O ciuitas celestis mansio segura patria totum pertinens
quod delectat ibi incole quieti populo sine murmure. quam gloriosa
dicta sunt de te ciuitas dei Sicut letancium omnium habitatio
est in te ibi patet pietas bonitas lux virtus honestas splendor
gloria laus requies amor et concordia dulcis gaudia leticie dul
cedo vita perhennis. De hac autem perhennis vita beati erunt cer
ti et securi quam nunquam imperpetuum erit amittenda. ¶ Unde ysaie.
xxvii. Securitas erit usque in sempiternum. ¶ Item Ezechielis
xxxvii. Habitabunt confidenter absque ullo timore. ¶ Et Prover
biorum. i. Qui me audierit absque timore requiescet et abundan
tia perfruetur malorum timore sublato. ¶ Unde Augustinus Beatitude
dines omnium bonorum celestium perficit securitas eterna. que si
sola deesset. omnia bona celestia quatenus dulcia vanescerent
et vilescerent ex timore amittendi. Et ideo assicurando dicit
beatus Jobes. xvii. Gaudium vestrum nemo tollit a vobis. O do
mus dei ciuitas regis magni quam innumerabilia quam gaudia et
eternalia sunt cuncta gaudia tua quam multe leticie. quam felices tui i
cole. ¶ Vere vere beati qui habitant in domo tua domine: nam in
secula seculorum laudabunt te Quis enim ignorat corporis sue men
tis. quod ceterus in excelsis te laudat celitus omnes: huius autem leticie
seu celestis glorie perpetuitas indeficiens ex hoc perpendit
quod oliue parat. ¶ Unde Osee. xiiij. Erit quasi oliua gloria eius
oliua enim indeficienter tunc in hyeme quam in estate semper virescit
Et ideo indeficientem et eternam istius glorie permanentiam desi
gnat quam ex diuturnitate non deficit sed magis inuouatur. ¶ De
hac eterna gloria sic dicit Crisostomus in libro de reparatione
lapsi. Que erit voluptas. quam leticia esse cum christo. cum anima ad pro
prium generositatem regressa cum iam fiducia ceperit diuum suum

videre explicari nō pōt illius leticie magnitudo: non em̄ q̄s
solū p̄ his exultat quib⁹ fruitur tūc in p̄nti. s; multo magis
pro eo gaudet. q̄ bonoz suoz sit nullū finē futuruz et quis
erit particeps tante glorie sue sine fine permāsure. **E**rte glo
ria hec est omnib⁹ sanctis suis. **N**az sancti ipsi⁹ exultabunt i
gloria letabuntur in cubilib⁹ suis. **U**n̄ qui xp̄i vestia fuerint
secuti i teris. cū xp̄o regnabūt glia ⁊ honore coronasti eter
naliter in celis. **O** dilecte mi q̄ ineffabiliter tunc gaudebis
si ad illa gaudia in eterna gloria fueris translatus. tunc vtiq̄
dices exclamādo illud. **I**saie. lxi. **G**audens gaudebo i dño
meo. et exultabit aīa mea in dño meo. qz induit me vestimē
tis salutis. **U**erissime sicut scribitur **J**ob. xxi. **T**unc sup
omnipotentem delicijs affluēs. et eleuabis ad deum faciem
tuam et in vijs rogabis eum et exaudiet te. et vota tua red
des. decemes rem et veniet tibi. et in vijs tuis splende bit lu
men. **D**e quo habetur **E**cclēsiastici. xi. **D**ulce lumen et de
lectabile est videre solem. id est christum. quem cognoscere
et iugiter intueri excellit om̄e gaudium huius mundi: **N**ec
mirum. **N**am eius visio et noticia est sanctorum gloria et vi
ta sempiterna. **U**nde **J**ohannis. xvij. **H**ec est vita eterna
vt cognoscant te verum deum. et quem misisti **I**hesus xpi
stus qui ad hanc cognitionem peruenerit. ipsum deum fac
cie ad faciem videbit. et cognoscet eum sicut est et secundū
esse diuinum: quod erit gaudij excellentissimum fons et o
rigo omnium gaudiorum. **U**inc est q̄ **B**ernardus dicit in
sermone. **R**euer a illud est verum et summū gaudium quod
non est de creatura sed de creatore cōcipitur. quod vtiq̄ fiet
cum ostendet tibi faciem suam. **E**t ergo propheta exop
tando dicit **I** faciem tuam domine requiram faciem unquā
gloriosam omnibus gaudijs et delicijs plenam. **D**eu michi
quia incolatus meus prolōgatus est: quando carebo tanto
bono: et vsquequo sic subtrahora deo salutarī meo. **I**fuerūt
mibi lacrime mee panes die ⁊ nocte dum dicitur michi quo
tidie vbi est deus tuus quando videbo gloriam domini. qñ
veniam et apparebo ante faciem dei mei. qui letificat me in
gaudio cuz vultu suo. **U**ere carissime hec est illa visio qua
dominus noster **I**hesus christus facie ad faciem sic videtur

¶ Tertium celū est et dici potest paradysus ubi et fonte limpidi-
ssimo. et ex aqua sic vita sic vita labit beata. ¶ Hinc est quod
scribitur ysaie. lx. Tunc esdebitis supple facies dei. et asiluet
delicias et gaudijs sempiternis. et mirabitur et dilatabitur
cor tuum. ¶ Quod bonus israhel deus his qui recto sunt cor-
de. qui tot et tanta gaudia. quasi gratis vult conferre. ¶ O-
mni die predilectissime ista tu libens audis. et ad hec pia gau-
dia plaudis. ¶ Non tamen ignoras. per magnos ista labo-
res sancti acquiri: nec fortuito reppenni. ¶ Unde beatus Gre-
gorius in omelia. Delectat mentem magnitudo premiorum. sed
non deterreatur certamen laborum. Ad magna enim premia per-
ueniri non potest nisi per magnos labores. ¶ Unde Paulus egre-
gius predicator dicit. Non coronabitur. nisi qui legitime cer-
tauerit. unusquisque enim propriam mercedem accipiat secundum suum
laborem. ¶ Sed plerisque sunt qui nolentes bene vivere: tamen de-
siderant bene mori sciant enim quod preciosa est in conspectu
domini mors sanctorum eius etiam quia cognoscunt quod cum de-
derit dilectis sui somnum. ecce hereditas domini. Sicut et ipsi sci-
unt quod beati mortui. qui in domino moriuntur. volunt esse parti-
cipes cum eis quibus dominus dicit. Vos estis qui mansistis me-
cum in temptationibus meis. volunt contregnare christo sed non
lunt secum pati. Talis erat Balas aruolus qui considerans
castra filiorum israhel. et intelligens eterne beatitudinis re-
missionem eis a domino factam dicebat moriatur anima mea mor-
te iustorum et fiant nouissima mea horum similia. finem eorum ap-
petens gloriosum. sed labores abhorrebat. quibus gloriam
merebatur. ¶ O bone ihesu volumus tibi omnia congregare no-
lumus tamen compati et tecum laborare. tu elegisti pauperes et
miserias. non vero voluptates et delicias: quod carni asperum
nos autem quod modius: ¶ Ut dicit Bernardus. Nascitur de filiis
in cuius arbitrio erat quodcumque vellet eligere tempus elegit quod
molestum est presertim paruulum et pauperis matris filium. qui
vix panes haberet ad inuoluendum presepe ad redimendum. et
cum tanta esset necessitas nullam audio fieri pelliculam mentionem
spiritus utique qui non fallitur elegit carni quod molestum est id est
melius id vtilius id potius eligendum. et quisquis aliud suaserit
aut docuerit ab eo tanquam a seductore cadendum est. ipse enim

sciens est pmissus olim per ysaias Parvulus sciens reproba
re malū et eligere bonū. malū ergo voluptas corporis. bonū
vero afflictio est eiusdem. ¶ Si siquidez et hanc elegit. et il
lam reprobat puer sapiens rerum infans hec omnia Ber
nard⁹ D dilecte puer tu ab initio elegisti corporales afflictōes
& patiēdo voluisti intrare glīam tibi ppriā. sed nos in de
licijs viuendo volum⁹ intrare glīam alienā. ¶ Contra quos
loquitur beatus Hieronim⁹ sic dicens. Si xpm dñm reges
est cui nomen super omne nomē. oportuit pati et ita intrare
in glōriā suam. quā fiducia habem⁹ nos intrare sine labore
glōriam alienā. ¶ D q̄ stulti sumus et tardi corde ad credē
dū volum⁹ hic gaudere cū seculo et postea regnare cū xpo
dñs nudus egredit. seruus supfluitate vestiū et aurī gemarū
onustus introibit. iste in cruce pro isto moriens. iste in lecto delicate dormiens
q̄ dñs nō fecit. ¶ faciet hoc seru⁹. certe nō. nec etiam videtur
p̄sonū rōni. ¶ Nam sicut dicit Hieronim⁹. In epistola ad in
lianū. difficile imo impossibile est vt p̄ntib⁹ q̄s fruatur bo
nis et futuris. vt hic et ventres. sibi mentes repleat. vt de de
licijs ad delicias transeat et in vtroq; seculo p̄m⁹ sit vt in
terra et in celo appareat glōrius. ¶ Item dicit Hieronim⁹
sic in alio libro impossibile est delicias affluere et xpm sequi
natura denegat. vt p̄traria misceant nō possum⁹ deo seruire
et māmonē aut ego falloz aut ipsi in fine decipient. Qui in
hi non credūt euz diuitie sue transferūt in egestatem. diues
epulabat quondie hic splendide indutus purpura et bysso
sed mortu⁹ quod moysi noluit credere postmodū sensit in
tormentis positus. ¶ Istud sat̄ innuere videt Bernardus.
In colloquio simonis Petri et ihesu vbi taliter inquit. A
brabaz diuici epulanti tu recipisti bona in vita tua. et Laza
rus similiter mala. nūc hic p̄solatur tu vero cruciariis. Quid
dicem⁹ ad hec si talis ē finis. et tale iudiciū vbi extrema gan
dij luctus occupat. nūc p̄ferenda sūt in hoc seculo mala
bonis. quippe nec illa vera bona nec ista vera mala esse ma
nifestū est vaporī snia Salomonis. Adeli⁹ em̄ est ire ad
domū luctus q̄ ad domū p̄mij. Leterū si sic cruciandi sūt

qui in vita sua bona receperunt et hñtibus consolationes pñ-
tem et repositum est sempiternū. Quisnam eoz poterit ee
fuis. si scdm multitudinē consolationū suarum dolores ap-
prehenderint animas miserorū. **¶** Consequens em̄ videtur
et bona omnia et omnem huius seculi recipientes consolati-
onem nichilominus vniuersum ve et vniuersi maneant cru-
ciatus. **¶** At vero et illud eque Abrahe et eadez sententia co-
incidendum videtur omnes qui contrario ducti spiritu vite
presentis omnia bona domini habituros consolationem.
¶ Hec omnia Bernardus vbi supra. Renuat igitur cōsolari
anima tua in hac lachrimarum valle in terra laboris et mise-
rie. **¶** Nam ve omnibus qui recipiunt hic consolationes suā
Contemne transitoria fuges delicias et gaudia mundana.
¶ Tibi enim absit gloriari. nisi in cruce domini nostri ihesu
xpi. **¶** Unde Petrus blesē. super Job ad Regē anglie ita
dicit. Putas ne q̄ aliquis in pñi vita gaudeat et futura. si
tamen gaudium debeat dici. quod turbatur assidue. et resp̄-
gitur amaritudine presenti. nimis delicatas es si vtrūq̄ pre-
sumis vti seculo et frui xpo presentis mundi delicias cape-
re et nichilomin⁹ celestis glorie diuitias obtinere. audi qd
dictum sit illi diuiti in euangelio qui cruciabatur in flamma
et lingue ardentis refrigerium postulabat. **¶** Illi recordare:
qz recepisti bona in vita tua. et Lazarus similiter mala ideo
hic consolatur tu vero cruciaris. **¶** D q̄ dissimile premium
merito possumus reputare. insanos sanctissimos reges et p̄-
phetas apostolos martires et confessores teneras. ac delica-
tas virgines: qui omnes spretis diuitijs ⁊ conculcatis deli-
cijs huius mundi. seipsos pro christo tribulationi et morti
obtulerunt. si gloriam q̄ adepti sunt in angustia et dolore
potuissent in voluptatib⁹ obtinere. **¶** Hec ille Petrus Ue-
re frater vere quicquid dicatur firmiter hoc tene. q̄ celum
non aliter scandes. nisi quod docuere discipuli teneas mori-
bus ore fide. et quid docuerunt illi. Nonne sobrie et iuste vi-
uere. humilitatem et patientiam et caritatem et constan-
ciam ac virtutes ceteras totis viribus retinere mundum ee-
que mundi sunt. despiciere. diuitias et delicias fugere. peni-
tentiam agere. in tribulationibus et

miserijs letari et gaudere. tu quoque fac similiter et visus
estoque forti animo in omnibus laboribus angustus et penitus
¶ In proximo enim est. quod a domino curris labora forti-
ter sicut bonus miles ihesu chasti. Et ne cogita intra te
ipsum aliquando sic dicens multus et immensus est labor
meus. Ego autem sum minimus et infirmus valde. nec va-
leo in hoc proposito finaliter perseverare ¶ Audi verba Hiero-
nimi. in epistola sic dicentis Nullus labor durus. nullum
tempus longum videri debeat. quo gloria eternitatis acqui-
ritur. Unde Crisostomus super Mattheum. Si quis vias
laboriosas estimat sue desiderii est accusator. si enim minaces
pelagi fluctus nautis. si tempestates atque hyemes agricolis
si vulnera cedetque militibus. si gravissimi ictus plageque pu-
gillibus leues videtur et tolerabiles sunt propter specie tem-
poralium ac pereuntium commodorum multo magis cum
celum preparatur in premium. nihil ex presentibus asperis-
tatibus est quod debeat sentiri. maxime labores mitigant
imbenignus venie finem ne aspiciamus quod via est aspera. sed
quo ducat nec aliam quia lata est sed ubi desinit. Certe iam
video quod dormientibus non provenit regnum celorum: nec
otio nec desidia. torpescibus beatitudo eternitatis ingeritur.
¶ Ut dicit Leo papa in sermone. ¶ Sed sicut dicitur Mattheo
vndecimo. Regnum celorum vim patitur et violenti rapi-
unt illud. ¶ Unde quidam. De regno celi non credit mente
fidelis. Insipiens et hebes sed tu bene credere debes. Chri-
sto dicenti rapiunt illud violenti. Scilicet austeri se casti-
gando severi. Mollia serpentes et carni vim facientes ¶ Item dicit
alii poeta. Asperit viscerum asper labor: asper amice? Asper cuncta ti-
bi. si vis super ethera scribi. ¶ Ecce itaque patet manifeste. quod sic scri-
bit Actuum. xiiij. Per multas tribulationes oportet nos
intrare in regnum celorum. ¶ Quod bene dicitur tendebat beatus
Augustinus. quod non nisi tormentis itur ad astra dei. ¶ Unde
dicit Damiana mea si quotidie oportet nos tormenta pro-
ferre: nisi ipsam gebennam longo tempore tolerare. ut Chri-
stum in sua gloria videre possimus. et sanctis eius sociari.
¶ Nonne ergo modo dignus est pati omne triste: ut tanti boni
participes glorie participes habeamur. Insipienter ergo demoves

et parent suas temptationes frangant corpus ieiunia premant
vestimenta cilicia labores gravent vigilie existant. clament me
iste. inquietet me ille frigus contrahat. calor adurat. caput do
leat. pectus areat. infletur stomachus. palefeat vultus. infir
metur homo totus deficiat in dolore vita mea. et anni mei i
gemitus. ingrediatur putredo in ossibus meis et subter me sta
teat et requiescam in die tribulationis et ascendam ad pop
ulum accintum nostrum. Item Petrus blesens. fatiscat
membra mea vigilijs extenuent ieiunijs labore frangantur
liquefiant in lacrimis oculi. immo si totum cerebrum et me
dulle corporis in fletum affluant. non sunt tamen condigne
passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur
in nobis. Quod si sciret homo quod triplex quid et deus esset. nullo
le pati mortem crederet esse nichil. Ecce que et contra sunt hi
lariter pro deo sustinenda libenter ergo iustissime et gaudenter
patiari. Exemplum accipe in latronibus maleficis in mor
tem dijudicatis. qui gauderent vehementer. Si pro auribus
la abscindenda possent euadere mortem corporalem. Tu
quoque gaude similiter et letare. nam cum parua penitencia
potes euadere mortem anime. et acquirere glorias eternales
Unde Eccle. vi. Exiguum laborabis. Ecce penitentie par
uitas. et cito de generationibus illius. idest de fructibus glo
rie qui generantur ex labore penitentie. Item Sapientie.
iiij. In paucis veritati. Ecce laboris exiguitas. In multis be
ne disponentur. Ecce magna remuneratio et premium quod
exinde consequuntur. Unde beatus christophorus sic inquit. Ado
dicus est labor institutionis nostre fratres karissimi et mag
na est requies. parui temporis est afflictio. sed retributio
eius videlicet deliciae paradisi et exultatio et leticie in seculum
seculi permanebunt. Igitur dicit sapiens Eccle. ultimo.
Videte oculis vestris quia modicum laboravi et inveni mi
hi multam requiem et sic clare patet. quod brevis iste labor et
premia multa laboris. Fac ergo libenter et voluntarie im
mortalis futura pro vita perpetue duratura que gratanter fa
ceret homo moriturus pro vita temporali ad modicum dif
ferenda. et ideo finaliter concludendo patet aequaliter ex
superius allegatis. quod hec novissima videlicet mors iudis

ei in gehenna et gloria omnes qui d' t' n' u' a' et iuges habent me-
morias valde et multipliciter reuocant a peccatis sed pauci
ista ponderant et rarissime ea cogitant: seu considerant. oēs
putant diu viuere. et in senecta vberē penitere iudices placare
re infernum fugere. Et sic celestem gloriam in delictis viuendo
et oēs tandem acquirere et eternaliter possidere. Non sic
impij nō sic hoc argumentū nō cōcludit. imo fallit et illudie
prout satis lucide patet per predicta. Et igitur omnes seducia
mīni. et nisi penitentiā ageritis. simul peribitis et moriemini
in peccatis vestris. ¶ Un scribit Eccl. 1. Si p' n' a' nō ege-
rim' incidem' in man' dei et nō in man' hoim. S' p' b' do-
lor quis penitet. quis peccata deflet quis subuenit pauperi.
quis miseretur inopi. quis p' patitur miseria. quis cogitat d'
futuris. nemo penitus. nā vere tota generatio praua est atq'
peruersa. qui nō dixerit cor suū in bonū imo poti' in malū
omēs terrena sapiunt. et que sua sunt querunt. nō q' ihesu xpī
minima diligūt. virtutes fugiunt. et sicut iumenta in sterco-
ribus. sic et ipsi in peccatis multiplicibus miserabiliter cō-
putrescunt. corrupti sunt et abhominabiles sunt facti in ini-
quitatibus suis. nā dñs de celo prospexit super filios hoim
vt videat si est intelligens aut requirens deus deū. ¶ Sed
omēs de clamauerunt simul inutiles facti sunt nec est qui fa-
ciat bonū vix etiā vsq' ad vnū ecce iam impletū est tempus
iam aduentū ille miserabilis mūdi status De quo Adichee
vij. ita p'phetatur. Perit sanct' de terra. et rect' in noib'
nō est. Omēs em̄ in sanguine insidiat' vīr fratrem iuū venat' ad
mortē. malū manū suaz dicunt bonū. qui oprim' est in eis
quasi p'aliurus. et qui rectus. q' si spina de sepe. ¶ Qui plura
nolant scire et intelligere vt bene agāt. nec oculos aperire vt
clarere videant. sic execrauit eos malicia ipoz. O stulta mali-
tia o mala stulticia. voluntarie vitā fugere. mortes diligere.
spnere bonū agere malū deūq' p' temere. demoni obedire.
Carissime cur p'prio caput ense cecas. Cur sponte carbenas
demonis incuras. Cur sua iussa facis. Eturge exurge. euigila
et vade relinque dyabolū fuge demoniū. ne postea cū ipsis
eternaliter p' deneris. Aditoz et amroz q' homo qui p' ceterū
est creatura rōnalis. in nullo q' sequit' iudiciū d'is spemēs

salubria. affectus noxia. querēs et desiderās nocua et mortife-
ra. O deus eterne q̄ causa talis demētē: q̄ ratio tante fatui-
tatis et insanie: cur aie mortē tā p̄no corde requirūt. Cur sibi
q̄d tollit vivere capiat hō Vere vcre abiq; p̄silio est et absq;
prudētia. Deu vtrā saperēt et intelligerēt ac nouissima p̄u-
derent.

Explicit liber quattuor nouissimoz.

Impressum gebennis. Deo gratias Amē.

Incipiūt tituli quattuor nouissimoz. et p̄o ponit p̄hemū
sedo diuidit istū libz. in quattuor partes.

Primū nouissimoz est de morte corporali.

Q̄d mors facit hoīem se humiliare.

Q̄d mors facit om̄ia premere.

Q̄d mors facit hoīem penitentiā acceptare.

Secūm nouissimoz est de extremo iudicio.

Q̄d iudiciū timēdū est p̄pter multiplicē accusationē

Q̄d iudiciū timēdū est p̄pter reddēda rationē.

Q̄d iudiciū timēdū est p̄pter sentētie plationē.

Tertiū nouissimoz est de inferno

Q̄d multimoda est notatio locoz infernaliū.

Q̄d multimoda est afflictio sodaliū infernoz.

Q̄d varia est p̄ditio infernaliū tormentoz.

Quartū nouissimoz est de celesti gloria

De summa claritate regni celestis.

De multiplici bonoz copia regni celestis.

De maxima et stabili leticia regni celestis.

¶ Hinc tituloz







HIBERNIA

MANIPULUS FLORUM.

32